This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

T88
T90
I

A 472070 DUPL

Harter, De Ioannis Tzetzae historiarum fontibus quaestiones selectae


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR

IA/ [illegible] hochachtungsvoll ergebenst der Vfs.

DE OANNIS TZETZAE HISTORIARUM FONTIBUS QUAESTIONES SELECTAE.

888
T90
H

Dissertatio inauguralis

quam

consensu et auctoritate amplissimi philosophorum ordinis

in academia Kiliensi

ad summos in philosophia honores rite capessendos

conscripsit

et una cum sententiis controversis

die XV mensis Maii anni MDCCCLXXXVI hora XII

in aula academica minore

publice defendet

Christian Harder

Gaardensis Holsatus.

Adversarii erunt:

Richard Schmidt, DD. phil.
Eduard Weede, cand. phil.
Friedrich Witt, stud. theol.

Kiliae.

Ex officina H. Fiencke

1886.

Imprimatur:

A. Stimming,

h. t. prodecanus.

888
T90
H

RICCARDO FOERSTER.

152314

Tzetziana studia iam diu contempta iacent et saepius in iis libris, qui ad historiam litterarum veterum spectant, quam leviter ac neglegenter ille in conscribendis suis versibus versaretur, questi sunt, quam quanta fides ei esset habenda, perquisiverunt; neque qui postremus edidit Historias Kiesslingius nisi qui in propatulo sunt fontes adnotavit. Qui tum soli, quantum video, vv. dd. aliquid de fide grammatici Byzantini protulerunt, K. O. Mueller (Scholien zu den im rhein. mus. IV 393 ss. von Duebner herausgegeb. versen ueber die verschiedenen dichtungsgattungen. Mus. Rhen V (1837) p. 333 ss.), H. Keil (Rhen. Mus. N. S. VI (1847) p. 108 ss. 143 ss. cf. Ritschelii Opusc. I p. 197 ss.), R. Foerster (Alcamenes und die giebelcompositionen des zeustempels zu Olympia. Die kunstgeschichtlichen angaben des Jo. Tzetzes u. des Suidas. Rhen. Mus. N. S. XXXVIII (1883) p. 421—453. Cf. p. 633 s.), ut docuerunt et nonnihil bonae frugis e scriptis Tzetzae capi posse et saepissime nihil esse fidei ei habendum, ita vel parva scripta Tzetzae vel parvam partem Historiarum tractaverunt. Constitui igitur auctore R. Foerstero in eo opere, quod et maximum et notissimum est, Historiis, quibus fontibus qua ratione Tzetzes usus essest, exponere, ita tamen ut, si e re esset, etiam ex aliis scriptis Tzetzianis hoc illudve eligerem.

Sed non meum esse putavi in omnes historiunculas inquirere; satis esse duxi de iis rebus, quae ad mythologiam, historiam, geographiam, litteras spectant, agere.

At priusquam, qua ratione Tz. fontibus suis usus sit, exponamus, quemadmodum auctores, unde hausit, laudare soleat, brevi dicere oportet.

Caput I.

Qua ratione fontibus suis Tzetzes usus sit.

A. Quemadmodum auctores, unde hausit, laudare soleat.

1. Et omitto quidem vituperare — omnes enim fere scriptores Byzantini ita fecisse videntur — quod saepissime laudavit scriptores ipsos, ubi laudanda erant scholia, quae ad illos scriptores extant, ut Pindarum: schol. Pyth. VII init: Tz. I 8., 18. schol. Ol. IX, 1: I 688. schol. Pyth. IV passim: III 884. schol. Ol. VII 159: IV 393. Apollon. Rhod: schol. Apoll. Rh. IV 177: Tzetz. I 431. 436. Aristid. Rhetor: schol. ed. Frommel p. 201: Tz. I 624. Gregor. Nazianz.: Nonni *Συναγωγ. ἱστορ.* in Greg. Naz. ed. Montague p. 140: Tz. V 99.

2. Citat nonnumquam eos testes, quos ab aliis scriptoribus allatos invenerat ut II 710 Stasinum a scholiis Pind. Nem. X 114 conf. Tzetz. vs. 705. III 957 Ionem Chium: sed sunt 955—58 961s. sumpti ex Iul. Polluc. Onomast II 94s., quem et ipsum laudat vs. 955, Didymum et Tarrhaeum VIII 18 e Zenob. I 83 conf. Schmidt, Didym. p. 398 (9. 10). Sua ipse verba Tzetzes ubique doctrinam suam venditare studens in schol. ad VII 169 (*τὸ κατά τινας ἐγὼ Τζέτζης φημὶ οὐχ ὁ Παυσανίας*) diligenter a Pausania secernit. Raro (VIII 606) citat accurate Strabonem *ὡς ὁ Στράβων γράφει.*

Et haec quidem leviuscula esse ac minime mira in eo, qui tam multa scripsit, aliquis putabit.

3. Magis autem arrogantiam hominis, quae omnium Tzetzae scripta legentium pariter offendat animos, vides elucere ex iis locis quibus omnes eos scriptores laudat, qui usquam quamvis paucis verbis quas exponit res commemoraverunt. Conf. II 31ss. III 99s. IV 997 (Triphiodor. 51s.) XII 181s. 189s. (Orph. Lith. 357ss.). — VII 170s.: mentionem fecit Lucianus Antiochi, filii Seleuci Nicatoris Icaromen. 15 Histor. scrib. 35, cognominis *Σωτῆρ* Zeuxid. 8. Antiochiae Saltat. 76 Pseudol. 20 (conf. de dea Syr. 17 ss.), sed nullo loco dixit ex illius Antiochi nomine Antiochiam urbem esse nominatam cf. Foerster Rhen. Mus 38, 633s. — Omnibus autem, quorum meminerat, allatis solet addere *καὶ ἄλλοι* III 100, *καὶ*

ἄλλοι δὲ μυρίοι V 99; conf. 110 VI 293, πάντες ἄλλοι VIII 985; conf. III 321s. ἐῶ τὸν μέγαν τὸν Φωκᾶν πῶς ἀνῃρέθη λέγειν | καὶ πάντας ὅσοι ... τραγικοὶ βοῶσιν. Ac ne I 852ss. quidem quemquam Θαλασσογράφον, qui de Hellesponto verba fecisset (ὁ τὸν Ἑλλήσποντον γράψας) ante oculos Tzetzae fuisse putarim, quamquam Mueller, Geogr. Gr. Min. II p. 11 not. 18 de Menecrate Elaita cogitavit coll. Strab. XII p. 550.

Quae ut non sunt gravia — neque omnia, quae potuerunt afferri, afferre volui — ita concludi iubent grammaticum nostrum in laudandis scriptoribus parum accuratum fuisse. Parati igitur ad eos locos venimus, quibus plus nos profecturos esse sperare liceat.

4. Quid, quaeso, erat causae Dioni historiam Romanorum scribenti, cur traderet quicquam de Gelone Syracusano, quicquam de cane Gelonem expergefaciente, de lupo illum servante? Ac ne uno quidem loco librorum Dionis et fragmentorum tyranni illius Syracusarum mentio fit. Itaque cum Tzetzes IV 277 Dionem Cassium cum aliis citat ut testem illarum rerum, facile nobis persuademus Dionis nomen a Tzetza mendose esse additum nominibus Timaei, Dionysii, Diodori. Libenter enim noster dicere videtur Διόδωρος καὶ Δίων I 700 II 149 III 82 propter similitudinem nominum et quia uterque erat historiarum scriptor et ut clausulam versus condat — bene enim terminant versum politicum! — III 99 (etiam hic sine dubio falso Dionem laudat) III 154. Hoc igitur fragmentum (cf. Reimar. in. edit. Dion. Cass. II p. 1576) Dioni abiudicandum est. II 33 Diodorum falso citasse videtur; forsitan cogitavit de Dione conf. 22s. et Dion. vs. 51, 21; vs. 25 et Dion. 50, 25.

Falso laudat Dionysium Halicarnassensem: I 700 (cf. H. Haupt in Herm. XIV 436) III 154. IV 277.

I 20s. καὶ σὺν αὐτῷ (Herodoto) καὶ Πλούταρχος τὸν ἄνδρα διαγράφει Χιλίας πλίνθους εἰς Δελφοὺς πέμψαι κτλ. Non haec Plut. Solon. 27 (conf. de discrim. adulat. et amic. 23) narrat, sed quae Tzetz. vs. 23ss. tradidit.

II 618ss. laudat de Euphemo et Orione Asclepiadem schol. Pind. Pyth. IV 61 φησὶ γοῦν αὐτὸς (Asclep.) δῶρον ἔχειν τὸν Εὔφημον παρὰ Ποσειδῶνος τὴν θάλασσαν ἀπημάντως διαπορεύεσθαι ὡς διὰ γῆς. Sed de Orione non Asclepiades, sed Apollodor. bibl. I 4, 3 verba fecit. conf. Tzetz. ad Lycophr. 886 p. 858.

III 398 Ἡρόδοτος ἢ Πλούταρχος (ita A^2 B^2 ὁ Πλούταρχος

A^1 B^1)[1]; conf. Plut. vit. Lycurg. 28. Herodotum laudavit, quod II 78 similia tradit (vid. Tz. III hist. 92.)

III 884 cum de Batto et silphio laudavit Pindarum, certe cogitavit de Pind. Pyth. IV 10 *οἰκιστῆρα Βάττου .. Λιβύας* et 499 *τὸ κλεεννότατον μέγαρον Βάττου* V 74 et 166 *Βάττου γένει* vel de scholiis, quae ad illa carmina extant, oblitus iam — qui est vere eius fons — schol. Arist. Plut. 926.

VII 766 Himantopodes sumpsit e Ps. Callisth. III 17 p. 122 Mueller (cf. Muelleri notam), quibus ipse addidit *Ἱμαντοσκελεῖς*, memor vocabuli *Μακροσκελεῖς* Strab. II 70 cf. XV 711. Ea enim, quae sequuntur, hausit e Strabone, qui Deïmachum et Megasthenem, quod tales nugas tradiderint, increpans *διαφερόντως*, inquit, *δ' ἀπιστεῖν ἄξιον Δηϊμάχῳ τε καὶ Μεγασθένει· οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ τοὺς Ἐνωτοκοίτας καὶ τοὺς Ἀστόμους καὶ τοὺς Ἀρρινας ἱστοροῦντες καὶ Μονοφθάλμους τε καὶ Μακροσκελεῖς καὶ Ὀπισθοδακτύλους*. Pro *ἐνωτοκοίτας* noster legit (767 *μονοτοκῆται*) *ἐνοτίκτοντας*, cf. 638, ubi non bene Kiessling *ἐνωτοκοίτων*. A^2 B^2 et ipsi *ἐνοτικτόντων*.[2]) Ceterum de illis rebus Strabonem laudat vs. 722; cf. Strab. I 43 VII 298 (Mueller F. G. H. I 455s.)

Similiter erravit I 436 ss: *ὁ δ' Ἀπολλώνιός φησιν εὔξασθαι τὸν Ἀτρέα | Ἀρτέμιδι τὸ κάλλιστον θῦσαι τὸν ἐν τῇ ποίμνῃ Ἰδόντα τοῦτο δὲ τεχθὲν πτίξαντα κατακρύψαι Ἐν κιβωτίοις ἀσφαλῶς οἷα τῷ ὄντι τέρας. Πορφυροῦν* enim vs. 431 sumpsit ex schol. Apollon. Rhod. IV 177. Tum citavit Apollonium ut testem eorum, quae neque apud hunc ipsum neque in scholiis invenerat, sed in schol. Gud. Orest. 812 (cf. Tz. vs. 433. Eur. Or.); v. Schneidewin, Simon. frg. p. 47.

Confundit, ut in transitu moneam, eiusdem scriptoris duo scripta in Exeg. Il. 102, 18ss. *φησὶ γὰρ ἐν τῷ περὶ στοιχείων Γαληνός, ῥητὸν ἐπάγων τοῦ Ἱπποκράτους λέγον οὕτως· εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἤλγεεν κτλ.* conf. Galen. Hippocr. de nat. homin. I et Galen. comment. c. 5 (XV p. 35 Kuehn), de

---

[1]) Sequor Hartium (Annall. Fleckeisen. suppl. vol. XII p. 50ss.) sic codd. Pariss. et Monacc. distinguentem.

[2]) In scholio, quod in marg. cod. A^2 (Pressel p. 124), legas ... *μονοφθάλμων κ[αὶ ἑ]τέρων*. Verba scholii ad 764 ita sunt interpungenda: *Ἀλκμᾶνος* (sc. Steganopodes) *Αἰσχύλου δὲ οἱ Στερνόφθαλμοι*. In versu 766 nihil mutandum esse puto; bonum enim sensum praebent verba *μύθων τε* neque alia in A^2 B^2; Heynius Apollod. p. 419 not. proponit *μῦθοί τε* vel *μυθώδεις*.

constitut. art. med. c. 7 (I p. 247). Cum et utroque loco Galenus etiam de elementis verba faceret neque Tzetzes ignoraret Galenum de elementis libros composuisse, credidit illud se invenisse *ἐν τῷ περὶ στοιχείων*.

5. Nonnumquam laudat cum scriptorem, qui idem fere tractavit atque is qui ei fons fuerat.

VIII 595s. (conf. 791s.) *μόνος ὁ Πτολεμαῖος δὲ κυκλοῦν οὐ λέγει πᾶσαν Εἶναι δὲ καὶ ἀκύκλωτόν τι μέρος πρὸς τὸν νότον* (Oceani). Quod certo falsum est, cum Ptolemaeus sciret rotundam esse terram (Syntax. Mathem. I 3), Indicum autem mare circumdari terra incognita, Indiam ipsam cum Praso promunturio (nunc Cap Delgrado), quod est Africae, esse coniunctum (Geogr. VII, 3; cf. Forbiger, alte Geogr. I p. 420). Fortasse igitur confudit Ptolemaeum cum Strabone, quem commemorat vs. 606; conf. Strab. I p. 5 *παντα χῇ γὰρ ὁπουποτοῦν ἐφικτὸν γέγονεν ἀνθρώποις ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς γῆς προελθεῖν εὑρίσκεται θάλαττα, ἣν δὴ καλοῦμεν ὠκεανόν*. Vide etiam p. 32 et Herod. IV 36. Duos esse sinus meridionales Oceani dicit Strab. XI p. 50s. Tz. vs. 620.

III 640ss. narrat esse legem Persarum adversus ingratos, 646s. *τὴν μὲν τοῦ Κύρου* (sc. *ἱστορίαν*) *Ξενοφῶν, τὴν δὲ τοῦ Πέρσου νόμου | Κτησίας καὶ Ἡρόδοτος γράφουσιν ἱστορίαν*; conf. Xenoph. Cyrop. I 2, 7 *δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος οὗ ἕνεκα ἄνθρωποι μισοῦσι μὲν ἀλλήλους μάλιστα, δικάζονται δὲ ἥκιστα ἀχαριστίας καὶ ὃν ἂν γνῶσι δυνάμενον μὲν χάριν ἀποδιδόναι, μὴ ἀποδιδόναι δέ. κολάζουσι καὶ τοῦτον ἰσχυρῶς· οἴονται γὰρ τοὺς ἀχαρίστους καὶ περὶ θεοὺς ἂν μάλιστα ἀμελῶς ἔχειν καὶ περὶ γονέας καὶ φίλους*. Conf. VIII 3, 49. Haec verba adeo consentiunt cum Tzetza ut equidem putem alium fontem ab eo non esse adhibitum. Quid iam facimus de Herodoto ac Ctesia et ipsis a Tzetza ut illius rei testibus citatis? Tale quid inveniri Herod. I 137 V 130 Kiessling. in not. ad Tzetz. l. c. recte negavit. Itaque de Ctesia quoque licebit dubitare. Nam si vere lex illa Persarum fuisset, non sane neglexisset pater historiae. Ita igitur rem explico: Tzetzam cum iam non meminisset se omnia sua e Xenophontis Cyropaedia duxisse, Xenophonti quidem attribuisse illa de Cyri gratitudine, Persarum legem, quae fuisset contra ingratos, iis qui Persarum res exposuerunt, Ctesiae et Herodoto, quos una laudat etiam III 99 VIII 985. Hanc opinionem comprobare videtur Seneca de benefic. III 6,2: Excepta Macedonum gente non est in ulla data ad-

versus ingratum actio. Conf. Brisson. de reg. Persar. princ. II 96 p. 424. Refutandum enim est, quod coniecit Muretus Var. lect. XII 3 »Medorum« pro »Macedonum« Ut enim omittam omnes codices »Macedonum« praebere, Medi non sunt Persae; et Seneca ipse de benef. IV 37 exemplum poenae affert, qua Philippus rex Macedonum militem quendam ingratum affecerit. Quod autem philosophus illo loco prorsus neglexit Persas, sane demonstrare videtur ab aliis scriptoribus id non esse narratum nisi a Xenophonte. Illud igitur puto ex fragmentis Ctesianis (Baehr p. 226. Mueller p. 77 b. frg. 48) esse removendum.

Maxime etiam III 99, num recte Tzetzes Ctesiam laudarit, dubitari potest. Et Mueller quidem Ctes. fragm. p. 15 a „*Ctesias*“ inquit, „*apte postquam Aegyptum ab Assyriis subactam dixerat, lectori in memoriam revocare poterat Sesostrim Assyriorum quondam dominum fortunaeque inconstantiam.*“ Quin potuerit sic in memoriam revocare, quis dubitat? Sed haec, quaeso, animo delibores: Tzetzam, cum hac in historia confunderet Assyrios cum Aegyptiis (83. 85), Euphratem cum Nilo III 431 (conf. schol.), facillime medicum Halicarnassensem, qui sex libris res Assyriorum tractavit, ut testem citare potuisse rerum Aegyptiacarum, sed haud ita facile percipi posse, qui factum esset, ut Ctesias illud narraret. Ac ne Herodotus quidem, quem Tzetzes et ipsum laudat (99), II 102 ss. eius rei, quam hic de Sesostri narrat, mentionem facit. Diodorus autem (I 58, 2) in eorum numero est, qui *τῆς ἱστορίας μέμνηται στενῶς* (101), necnon Pseudo-Callisthenes II 31. III 17. E Theophylact. Simocat. (VI 11) solo totam historiam hausisse videtur; (conf. *ἄνθρωπε* vs. 94. III 236—241).

Nec minus est dubium, etsi Mueller Ctes. frg. 91 p. 106 a e Periplo Ctesiae sumptum esse ponit, num a Tzetza Ctesias recte laudetur VIII 985ss:

Ἡρόδοτος. Διόδωρος. Κτησίας. πάντες ἄλλοι
Λέγουσι τὴν εὐδαίμονα τυγχάνειν Ἀραβίαν.
Ὥσπερ καὶ γῆν τὴν Ἰνδικὴν εὐωδεστάτην ἅπαν
Ἀρώμασιν ἐκπνέουσαν ὡς καὶ τὴν γῆν ἐκείνης
Καὶ λίθους κοπτομένους δὲ ταύτης ἀρωματίζειν.
Τοὺς δὲ ἀνθρώπους τοὺς ἐκεῖ λυθέντας εὐωδίαις
Ὅστᾶ τινα καὶ κέρατα καὶ φύσεις τὰς ὀζώδεις
Τότε καπνίζεσθαι λοιπὸν καὶ ἀνακτᾶσθαι πάλιν.

Cum Tzetzae verbis conf. Herod. III 112. Sunt fere omnia ducta e Diod. II 49: *πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι φύσεις εὐώδεις* (conf. vs. 991) *καρποφορουῦσαι. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ γῆς ἔχει τι φυσικὸν ἔνατμον καὶ θυμιάμασιν ἐοικός· διὸ καὶ κατά τινας τόπους τῆς Ἀραβίας ὀρυττομένης τῆς γῆς εὑρίσκονται φλέβες εὐώδεις, ὧν μεταλλευομένων ἐξαίσιοι τὸ μέγεθος λατομίαι γίνονται.* Itaque 986—89 sine dubio e Diodoro solo hausit. De 990ss. conf. Diodor. III 46, 3 *ἴδιον δέ τι παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις συμβαίνει περὶ τοὺς ἡσθενηκότας· ὑπὸ μακρᾶς νόσου τὰ σώματα. διαπνεομένου γὰρ τοῦ σώματος ὑπ' ἀκράτου καὶ τμητικῆς φύσεως καὶ τῆς συγκρίσεως τῶν ὄγκων εἰς ἀραίωμα συναγομένης ἔκλυσις ἐπακολουθεῖ δυσβοήθητος· διόπερ τοῖς τοιούτοις ἄσφαλτον παραθυμιῶσι καὶ τράγου πώγωνα, ταῖς ἐναντίαις φύσεσι καταμαχόμενοι τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐωδίας.* · Quantopere Tzetzes verba Diodori mutaverit, video; tamen persuasum habeo illum nulla alia re commotum fuisse ut Ctesiam laudaret, nisi illis verbis, quae sunt vs. 987 *ὥσπερ καὶ γῆν τὴν Ἰνδικὴν κτέ*; conf. Diod. II 53, 3.

6. Nonnullis etiam locis erravit, quod quos invenerat citatos auctores confudit, ut I 517 pro Platone comico erat laudandus Euripides. Vid. schol. B. M. Hec. 838, ubi paulo post Euripidem Plato commemoratur. — Cf. IX 570s. *καὶ κατὰ τὸν Διόδωρον αὐτὸν τὸν Σικελὸν δὲ Τριακοσιεξήκοντα καὶ πέντε δὲ σταδίων* (erat circuitus Babylonis). Sed Diodor. II 7, ubi quid Ctesias traderet exposuit, *ὡς δὲ*, inquit *Κλείταρχος καὶ τῶν ὕστερον μετ' Ἀλεξάνδρου διαβάντων εἰς τὴν Ἀσίαν τινὲς ἀνέγραψαν τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε σταδίων κτλ.* neque usquam affirmat Diodorus se illam sententiam sequi. Oblitus erat sine dubio Tzetzes eorum quos Diodorus laudat neque habuit quem pro illis nominaret, nisi hunc ipsum.

7. IV 393 (conf. 704ss.) ut testes citat Pindarum et Callimachum. Quem (sc. Callimachum) cum aliunde non constet Atabyrii montis mentionem fecisse, C. Dilthey, Cydipp. p. 100 not. putavit e scholiis Didymeis illud esse sumptum, quae ad Ol. VII 159 olim uberiora fuisse etiam M. Schmidt, Didym. p. 220 ad frg. 13 (conf. frg. 14) aliunde collegit; O. Schneider, Callim. frg. 413 utrum scholiis uberioribus illud deberet Tzetzes an ipse finxisset, dubitavit. Non prorsus illa esse ficta, sed certe Tzetza errante scripta esse crediderim. Verba schol. Pind. Ol. VII 159 haec sunt: *εἰσὶ δὲ χαλκαῖ βόες ἐπὶ τῷ ὄρει τῆς Ῥόδου, αἵτινες, ὅταν μέλλῃ τι τῇ πόλει κακόν, μυκῶνται.* In scholio ad vs. 156 fit Callimachi mentio; inde igitur explices quod Tzetzes Callimachum laudavit.

Alia melius aliis locis proferentur.[1])

B. Quemadmodum fontibus ipsis usus sit.

Progrediamur nunc ad periculosae plenum opus aleae, ad navigandum per Oceanum errorum Tzetzianorum. Neque enim nostrum esse potest omnibus quae ille recte tradidit, enumerandis paginas complere; qua ratione quantopere erraverit exponere satis est. A levissimis erroribus initium capiemus.

I.

Vertit res ex antiquorum libris sumptas quasi in Byzantinorum linguam, ita ut illas significandas notionibus suae aetatis utatur.

III 679 *γράφει* conf. Xenoph. Cyrop. VI 1, 46: *ἡ δ' ἔπεμψεν.* — III 839s. *καὶ χῆνας* (Capitolinos) *δὲ τιμήσαντες ποιοῦσι τοὺς παπίας* (conf. Ducange s. v.) *Ἐν Παλατίοις φύλακας ἐκ φυλακῆς τῆς τότε.* V 886 *γράφει* (Phalaris) *καὶ Περισθένει δὲ δουκί τινων ϑεμάτων*, quod Tzetzes ipse coniecisse videtur; conf. Phalar. ep. 15.

Quod alius erat populi institutum, alii dedit VI 666ss. *Πλούταρχός που γράφει — Κάμιλλον ὀστρακισθῆναι παρ' αὐτῶν (τι῀ν Ῥωμαίων) εἰς Ἀρδεάτας χώραν*; mythicis temporibus tribuit, quae multo post erant I 232s. (Euphorbus Troianus) *εἶχε τὴν πλοκαμίδα καὶ κόσσυμβον καὶ κρωβύλον καὶ τεττιγοφορίαν* (conf. Kiessling ad h. l. Pressel. in edit. epistoll. Tzetzae p. 99) e Dionys. Halic. Thuc. hist. iud. 19 p. 856 Rsk. *κρωβύλους τε ἀνεπλέκοντο καὶ χρυσοῦς τέττιγας εἶχον ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς* (Athenienses), conf. Thuc. I 6.

Eadem ratione puto esse explicanda verba I 117 *Οὐεσπασιάνὸς τὴν κόπρον τὴν τῶν ἵππων* (*πιπράσκων*) conf. vs. 126. Dion. Cass.

[1]) Quamobrem I 372ss. laudet Simonidem, nescio, conf. Schneidewin, Simon. frg. 63 p. 88 not. et Bergk, P. L. G. [4]III 508, 177. Constat illud fragmentum Tzetzae notum fuisse e Plut. de cohib. ira c. 6, unde ea quoque, quae 364ss. narrat, hausit. Sed utrum nomen Simonidis in Anthologia sua invenerit an ascriptum in suo exemplari Moralium Plutarcheorum an ipse addiderit incertum est. Conf. quae de Tzetz. II 491ss. Brunck et Iacobs in Animadvv. ad Antholog. II 3 p. 333 disseruerunt.

Ceterum interdum, quod O. Iahn, Palamed. p. 41, 35 annotat. Tz. citat »nomen alicuius personae quae insignes in libello partes agit pro titulo« id quod apud alios quoque scriptores invenitur. Iahn provocat ad Tzetz. ad Hesiod. OO. et DD. 24 p. 47 ed. Gaisford: *Δαίμων γὰρ ἡ ψυχὴ λέγεται παρ' Ὁμήρῳ καὶ παρὰ Σωκράτει.* Sed hunc errorem vix crediderim esse valde vituperandum.

66, 14, 5 *πρὸς τὸν Τίτον ἀγανακτοῦντα τῷ τοῦ οὔρου τέλει, ὃ καὶ αὐτὸ μετὰ τῶν ἄλλων κατεδείχθη, εἶπε λαβὼν ἐξ αὐτοῦ χρυσοῦς πεπορισμένους καὶ δείξας αὐτῷ· „ἰδού, τέκνον, εἴ τι ὄζουσιν.“* Cf. Sueton. Vesp. 23. Eratne tale vel simile vectigal CPolitanorum? Conf. de exactionibus violentissimis *φορολόγων* Byzantinorum Krause, die Byzantiner p. 275ss.

Adiungo hoc loco V 32ss., ubi immiscet verbis Diomedis Homericis (Il. VI 128 ss.), quae saepissime in allegoriis profert (II 168. V 131s.): *εἰ μὲν θεὸς ὑπάρχεις Ἵπποι τις μάγος καὶ σοφὸς καὶ ἐπῳδὸς καὶ γόης Εἴτε στοιχεῖον ἀμιγές, ἀλλ' ἓν ἐκ τῶν τεσσάρων κτλ.*[1])

II.

Mirum est, quam saepe Tzetzes quod hoc illudve verbum fontis sui perperam legerat, erraverit.

I 19 *ὁ συγγραφεὺς δ' Ἡρόδοτος ὁ παῖς ὁ τοῦ Ὀξύλου* conf. III 388. 543. VIII 7. Erat Herodotus filius Lyxi, *ὁ Λύξου* (Anthol. Append. 212 *Λύξεω*), unde transpositis inter se litteris λ et ξ error ille est ortus. Mirum est et unde Tzetzae ingenium penitus possis cognoscere, quod in schol. ad h. l. (Pressel p. 97) *Ξύλου*, inquit, *παῖς Ἡρόδοτος, Ὀξύλου παῖς Ἡρόδοτος γεγραμμένον εὑρίσκων ἀμφέβαλον. ὁπότερον δεῖ γράφειν· Λουκιανῷ καίπερ ὀρθῶς καὶ ἀναμφισβήτως* (corr. *ἀναμφισβητήτως*) *γράφοντι οὐκ ἐπειθόμην· φησὶ γὰρ Ἡρόδοτον Ξύλου τὸν Ἁλικαρνασσόθεν. ὅτι πολλαχοῦ ψευδογραφεῖ· ἐπείσθην δέ. ὡς Ξύλου δεῖ γράφειν ἐντυχὼν τούτῳ ἐπιγράμματι. οὗ Ζήνων ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν εὐθυνῶν μνημονεύει· Ἡρόδοτον Ξύλεω κτλ.* Conf. schol. ad Chil. III 388. Steph. Byz. s. v. *Θούριοι.* „Locus Luciani supra laudatus est de domo 20, ubi omnes libri MSS. *Λύξου* legunt. Conf. Anthol. Palat. App. 212.“ Pressel. Vides quam inepte atque insolenter Byzantinus, qui, cum vult accuratissimus videri, dicit se Luciani, quod *ψευδογραφεῖ*, fidem contempsisse, opprobrio levitatis se liberare studeat.[2]) Et tamen puto patere de industria — conscien-

[1]) X 185 verbis *Παίονες δὲ οἱ Βούλγαροι* nihil aliud, ut videtur, dicere vult nisi fines Paeonum eosdem fuisse, qui tum Bulgarum erant. De Bulgarum origine cf. Hertzberg, Geschichte Griechenlands, Gothae I p. 69s. Tafel, Thessalon. p. 304s; de Axio et Bardare (vs. 187s.) Tafel l. l. p. 301.

[2]) Cuius rationis se excusandi hominis arrogantissimi liceat aliud exemplum afferre. XII 51ss. ipse, uter Simonides *η* et *ω* litteras invenerit, dubius est *ὥσπερ δοκῶ, ἠγνόησαν ἐκεῖνοι* (cf. 50) *Σιμωνίδας Ιουλοὺς ἐν βίῳ εἶναι μέν, οὐχ ἕνα*

tiae stimulabant eum levitatis suae — ne gravissime videretur errasse, ab eo mutatas esse lectiones illorum quos attulit locorum. Ceterum conf. Boissonad. Anecd. Nov. p. 404. ad Tzetz. Allegor. Iliad. Σ 226.

I 448s. *τοὺς ἐκ Νηΐδος τράπεζαν τρεῖς παῖδας ποιεῖ τούτῳ* (Thyesti Atreus) *Τὸν Ἀγλαόν, Ὀρχομενόν, Κάλλαιον ἀποσφάξας.* In schol. ad Eur. Or. 5 (p. 34 Dind.) *Θυέστης δὲ λαβὼν Λαοδάμην ἔσχεν Ὀρχομενόν, Ἀγανήν* (*Ἀγλαός* cod. Gud.; cf. Leutsch paroe. II 773), *Κάλλαιον.*[1]) Quorum verborum Tzetzes iam non accurate meminerat.

I 619. XII 51 errorem Tzetzae iam Welckerus vidit Rhen. Mus. III (1835) p. 355: „Tzetzae error *ἦν Σιμωνίδης Σάμιος υἱὸς ὁ τοῦ Ἀμόργου* fortasse ortus est ex Suid. [vel fonte Suidae] s. v. *Σιμμίας* [vel potius *Σιμωνίδης*] ubi vulgo legitur *ἐν τῷ ἀποικισμῷ τοῦ Ἀμόργου.*"

I 890ss. *διακοσίας μὲν πληγὰς δίδωσι τῇ θαλάσσῃ Λύο τε ζεύγη σιδηρῶν ποδοπεδῶν ἐμβάλλει Πρὸς πέλαγος θαλάττιον.* Conf. Herod. VII 35 *Ξέρξης — τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευσε τριηκοσίας ἐπιχέσθαι μάστιγι πληγὰς καὶ κατεῖναι ἐς τὸ πέλαγος πεδέων ζεῦγος.* Tzetzam puto *διηκοσίας* pro *τριηκοσίας* neglegenter legisse — Mueller ad Tzetzae commentar. ad Lyc. 1432 p. 1086 not. 47 conicit *σ'* et *τ'* a nostro esse confusas — et *δύο ζεύγη* (conf. Tzetz. ad Lyc. l. l. ad similitudinem illius numeri scripsisse, ut V 915 (conf. Phalar. ep. 137 ed. Schaefer *πέμπε δὲ τοῖς γάμοις τῇ παιδὶ τέτταρας ὁμήλικας*) famularum numerum parem fecit numero talentorum vs. 910. Etiam vs. 899 *ὁ πηχυαῖος σχοῖνος δὲ τριτάλαντος ἦν βάρει* ortus est e verbis Herodoti VII 36 leviter lectis: *κατὰ λόγον δὲ ἦν ἐμβριθέστερα τὰ λίνεα, τοῦ τάλαντον ὁ πῆχυς εἶλκε.* Pro *τοῦ τάλαντον* Tzetzes legit *τριτάλαντον.*

II 275 *τὸν κάπρον τὸν Φωκίδα.* Apollodor. II 5,4 *τοῦτο δὲ τὸ θηρίον ἠδίκει τὴν Ψωφῖδα.* — II 313 et III 809 pro verbis Apoll.

Σιμωνίδην. Non alii, sed Tzetzes illud ignorasse videtur; conf. quem nostri fontem fuisse puto schol. Dionys. Thrac. ed. Bekker, Anecd. p. 781 *Σιμωνίδου δὲ τοῦ Κείου εὕρεμα τὰ δύο μακρύ, τὸ η καὶ τὸ ω.* Conf. cod. Vatic. 722 fol. 97 B ap. Walz, Arsenii Violet. p. 463 not. 6. Vide etiam Keil Rhen. Mus. VI (1847) p. 126.

[1]) Difficilius enim explicarentur verba Tzetzae verbis quae sunt Plut. Parall. 33 (*Πέλοψ ἔσχεν*) *ἐκ δὲ* (conf. Tzetz: *ἐκ δὲ N.*) *Δαναΐδος νύμφης Χρύσιππον*; tum et *Δα* syllabam post *δὲ* Tz. omisisset et Pelopem cum Thyeste, Chrysippum cum Aliis Thyestis confudisset

II 5, 9, 5 ἦκεν (Hercules) εἰς Μυσίαν πρὸς Λύκον τὸν Λασκύλου legit . . . τὸν Λητπύλου. Deipylus quidam commemoratur Hom. Il. V 325.[1])

II 431ss. κἀκεῖ δουλεύων μὲν δεσμεῖ Κέρκωπας Ἐφεσίους | Συλέα καὶ τὸν Αὐδιον βιάζοντας (βιάζοντα A^1 A^2) τοὺς ξένους | τοὺς ἀμπελῶνας τοὺς αὐτῶν (αὐτοῦ A^1 A^2 B^2) σκάπτειν δουλείας τρόπῳ. Apoll. II 6, 3, 2 Ἡρακλῆς δὴ Ὀμφάλῃ δουλεύων τοὺς.. Κέρκωπας συλλαβὼν ἔδησε, Συλέα δὲ ἐν Αὐλίδι τοὺς παριόντας ξένους σκάπτειν ἀναγκάζοντα — ἀπέκτεινε.[2])

II 901 patrem Empedoclis appellat Melitonem. Schol. οἱ δὲ Μέτωνός φασιν; conf. IV 526 cum schol. Epist. 98 p. 88 ὡς Ἐμπεδοκλῆς φησιν ὁ τοῦ Μέτωνος. Pater Empedoclis alibi non Melito appellatur. Conf. Karsten, Fragm. Graec. Philos. II p. 5 not. 6. Tzetzes, ut solet, id quod ipse peccavit, ab aliis peccatum esse finxit (conf. quae supra p. 9s. ad I 19 diximus).

III 77 quare scripserit εἴκοσι χρόνων — quod certo falsum est — cum eam partem librorum Diodori, qua de Caesaris rebus egit, non possideamus (eum autem scriptorem a Tzetza imprimis esse adhibitum non modo vox Διόδωρος initio vs. 82 posita, sed etiam Diod. I 4, 7 Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ὁ διὰ τὰς πράξεις προσαγορευθεὶς θεός conf. IV 19, 2. V 21, 2. XXXII frg. 27, 1. 3. coll. Tz. vss. 80s. demonstrat) nescio. Confuditne κ′ et μ′?

III 715 Cyrus Abradatam praeficit machinis et curribus. Conf. Xenoph. Cyrop. VI 3, 35s.; ib. 28 illud imperium datur Euphratae cuidam. Cum hoc igitur Abradatae nomen confudit Tzetzes. — III 859. VI 532. 542 ut urbem a C. Marcio oppugnatam

---

[1]) De confusione nominum Thespii et Thestii (Tzetz II 221; conf. not. Kiessling.) vide quae Heyne disputavit ad Apollod. II 4, 10.

II 413 Εὔρυτος τόξοις ἠττηθεὶς σὺν τοῖς υἱοῖς τοῖς πέντε. Apud Apollod. II 6, 1, 1, quem ceteris in rebus sequitur, hunc numerum frustra quaeris; sed utrum legerit noster apud Apoll. τοὺς [πέντε] παῖδας αὐτῷ ὑπάρχοντας — quod proponit Heyne — an memor fuerit versuum Hesiodeorum, qui sunt in schol. Laur. ad Soph. Trach. 266 (Hesiod. ed. Goettling [3]Flach. frg. 70. Kinkel, Fragm. Epicc. Graec. frg. 130) dubitari potest.

[2]) Syleum et Lydium duos fuisse Cercopes putavit, qui codicem B^1 scripsit. Conf. quae ait Heyne ad Apoll. l. l. Pro Αὐλίδι Hercher ci. Φυλλίδι, quod multo magis mihi arridet quam ἐν Αυδίᾳ O Iahnii, Archaeol. Zeit. 1861, 157ss probatum Plewio in Preller, griech. mythолog. [3]II 229 not. 2. Conf. Conon. c. 17 Δίκαιος καὶ Συλεὺς — περὶ τὸ Πήλιον ὄρος τῆς Θεσσαλίας ᾤκουν.

Coriolanum, non ut ceteri omnes scriptores Coriolos appellaret, commotus est, opinor, verbis quae sunt Plut. Coriol. 8 *ἐν δὲ τῷ Οὐολούσκων ἔθνει πρὸς οὓς ἐπολέμουν ἡ Κοριολάνων* (*Κοριολανῶν* ci. Sintenis) *πόλις ἀξίωμα μέγιστον εἶχε* vel loco simili Dionis Cassii, e quo hausit secundum H. Haupt in Herm. XIV 440; putavit noster *Κοριολάνων (Κοριόλανον)*[1]) esse nomen urbis. Cf. etiam Dionys. Halic. VIII 19 *ἀπῆγε τὴν δύναμιν ἐπὶ τὴν Κοριολανῶν πόλιν.*

V 138 legitur in A^2 B^2 *Θερμοκράτους* pro *Ἑρμοκράτους*; conf. Pressel. p. 113; deceptus est, opinor, Tzetzes vel librarius aliquis spiritu aspero, qui est in *Ἑρμοκράτους*.

VI 176 *Ἀρχίας ὁ Βουραῖος*. Erat *Θούριος*. Conf. Plut. Demosth. 28. Nomen *Βουραῖος* cognoverat fortasse e Lycophr. 591. Steph. Byz.

VI 709 narrat esse locum *ἐν τόποις τοῖς Γαδείρων τε καὶ τόποις τοῖς Αἰγύπτου*. Cf. Herod. IV 177 (v. Tzetz. vs. 711) *Λιτὴν δὲ προέχουσαν ἐς τὸν πόντον τούτων, τῶν Γινδάνων* (de quibus cf. 176) *νέμονται Λωτοφάγοι, οἱ τὸν καρπὸν μοῦνον τοῦ λωτοῦ τρώγοντες ζώουσι.*[2])

VII 175 pro *οἑ* falso legisse videtur *οδ'* Malal. p. 203, 22. (cf. Mueller IV 470 b). Putavitne illarum, quarum mentionem facit, 75 urbium a Seleuco conditarum esse Antiochiam? An metri rationem adeo habuit, ut vel pro veris scriberet falsa?

VIII 710ss. enumerat fluvios et oppida Bacticae; 711s. *καὶ Βαρβησόλας ποταμὸς καὶ Πόρτος δὲ καὶ Μάγηθ | Καὶ πόλεις Βαρβησόλα δὲ καὶ Βαίλων τε καὶ Μάγηθ.* Haec hausit e Ptolem. II 4, 5 ss. et videtur noster putasse verba quae sunt Ptol. II 4, 7 *Πόρτος Μάγνος* significare duas urbes, *Μάγηθ* autem — quod mea sententia legit pro *Μάγνος* (conf. Kiessling. not.) fluvii quoque nomen esse, commotus lectione varia a glossatore quodam inserta; cod A. enim Ptolemaei praebet *Μάγνος ἢ μέγας λιμήν* (cf. Muelleri notam ad Ptolem.). Haec vel similis lectio potuit Tzetzam commovere ut illa scriberet.

---

[1]) Cf. ad Lycophr. 1432 (p. 1039) ubi codd. *Αἰγάλαιον*. Herod. VIII 90 *Αἰγαλέων*. Tzetz. Chil. I 978 *τοῦ Αἰγαλέου ὄρους.*

[2]) Ib. vs. 70 *καὶ δένδρον τι καθέσηκε, Διόδωρος ὡς γράφει*; qui illud neque I 10, 1 neque I 34, 6 refert. I 34, 6 extant haec verba: *λωτός τε γὰρ φύεται πολύς, ἐξ οὗ κατασκευάζουσιν ἄρτους οἱ κατ' Αἴγιτον.* (7) *ἔστι δὲ καὶ δένδρων πλείονα γένη κτλ.* conf. etiam I 2. IX 45 s.

VIII 993 Ptolemaeum *Διονύσιον* nominat patrem Cleopatrae, cum *Διόνυσον* vocent Porphyr. frg. 6, 27 ss. (Mueller F. G. H. III 716ss.) Lucian. cal. 16. Suid. s. *τὸ βασιλικόν.* [1]) — Ac ne IX 593s. quidem verba *ἓξ ἅρμασιν ἱππάσιμον* aliter explicare possum nisi ita ut ponam Tzetzam leviter legisse Diodor. II 7, 4 *τὸ δὲ πλάτος (τοῦ τείχους) πλέον ἢ δυσὶν ἅρμασιν ἱππάσιμον*, ubi puto numerum *β'* (i. e. *δυσίν*) non satis diligenter scriptum et *β'* et *ε'* legi potuisse, Tzetzam autem, ne quid falsi traderet,[2]) utrumque numerum tradidisse *ἦν κατά τινας*(!) *τὸ τεῖχος Ἓξ ἅρμασιν ἱππάσιμον. τρισὶ δὲ καθ' ἑτέρους*(! Cf. p. 9s.) — IX 700 *Φοίβηι* falso pro *Βοίβης*. Conf. Strab. IX p. 463 Steph. Byz. s. v. Cod. A² *Βοίβη* recte. — X 100 *Βασὰν κατά τινας Σκυθῶν λέγεται πόλις εἶναι.* Confundit Basan (Bataneam) cum *Βεθσάνη* urbe vel Scythopoli. Vet. Test. Ios. cap. 17, 11. I Regg. 4, 12. Conf. etiam Ioseph. A. I. 5, 1. — XI 498s. *Εὐφράτης καὶ ὁ Τίγρις καὶ ὁ Ἰνδὸς καὶ ὁ Σοῦσος Οἱ μὲν Χαλδαίων ποταμοί. οἱ δέ γε τῆς Ἰνδίας.* Susi fluvii nomen, quod apud alios scriptores frustra quaeras, fluxisse videtur e *Τούσω* Ptolem. VII 1, 30, ubi alii legunt *Σώας*. — XI 925 nomen *Ἠρμένου* evasit e verbis Ptolem. III 10, 3 *ἡ δ' ἀπ' ἀνατολῶν τῆς Μυσίας πλευρὰ ὁρίζεται τῇ ἐφεξῆς τοῖς στόμασι τοῦ Πόντου παραλίῳ μέχρι τοῦ εἰρημένου πρὸς τῇ Θρᾴκῃ πέρατος.*[3]) — XII 814 *Μάραφις* falso pro *Μάραθος* (ex. gr. conf. Strab. XVI p. 753).

---

[1]) VIII 648ss. *Νῆσός ἐστι τῆς Ἰνδικῆς ἥνπερ χρυσὴν καλοῦσιν — Ἑβραῖοι ταύτην δὲ Ὀφὰτ γλώσσῃ τῇ σφῶν καλοῦσιν.* Est fortasse eadem regio quae [*Μωφάζ* Ierem. X 9, *Ὠφάζ* Dan. X 5 nominatur. Saepissime Uphaz cum Ophir confundebatur. Riehm, handwoerterb. des bibl. altert. s. v. Gesen. hebr. woerterb. s. v.

[2]) Audacior multo noster est ad Lyc. 649 *Λιβυστικὸν καὶ Λιγυστικὸν τὸ αὐτό ἐστι*, conf. schol. vet. ad h. l. *τοὺς δ' ἀμφὶ Σύρτιν καὶ Λιγυστικὰς πλάκας*] *γράφεται δὲ καὶ Λιγυστικὰς πλάκας*; itaque falso Chil. II 340 *δι' Ἰβηρίας δὲ τὰς βοῦς ἐλαύνων πρὸς Λιβύην | Λέρκυνον, Ἀλεβίωνα τοὺς Ποσειδῶνος κτείνει.*

[3]) XI 924 interpungas *τό τ' ἐκ Κιάβρου* (Kiessl. *τότ'*) conf. Ptolem. III 10, 1 *ἡ κάτω Μυσία περιορίζεται — ἀπὸ μεσημβρίας Θρᾴκης μέρει τῷ ἀπὸ τοῦ Κιάβρου ὑπὲρ τὸν Αἷμον τὸ ὄρος μέχρι τοῦ ἐπὶ τὸν πόντον πέρατος.*

XII 897 *Στρυάλιον* nominat, cuius apud Demetr. de elocut. 213 nomen est *Στρυάγλιος*; illud nomen igitur fortasse e similitudine literarum *Γ* et *Λ* ortum est; Stryaglius rursus fluxisse videtur e *Στρυαγγαῖος* Nicol. Damasc. frg. 12. cf. Anonym. de mulier. c. 2 (Westermann. Paradox. p. 213. Codd. *τοῦ ἀγγαίου*, Heeren *Στρυαγγαίου*).

XIII 132 *Ἀπὸ Ἀμάστριδος παιδὸς κατά τινας τοῦ Ξάνθου* orta sunt, ut mihi videtur, e vocabulis *ὁ ξάθρου* (transposuit litteras *θ* et *ρ*[1]) [cf. p. 9.], *ρ* autem saepissime cum *ν* litera a librariis confundebatur). Tzetzes (cf. quae p. 13 de IX 593 s. diximus), cum dubius esset, utrum nomen librarius scripsisset, utrumque nomen attulit *Ἀμάστριδος παιδὸς κατά τινας τοῦ Ξάνθου Κατ' ἄλλους Ὀξυάθρου δέ*. Diversissimae sunt formae huius nominis: *Ὀξάθρης* Diod. 17, 34. 77. Memnon frg. IV 9 (Mueller F. G. H. III 530); *Ὀξυάθρης* Scymn. 964. St. B. s. *Ἄμαστρις*. Tzetz. XIII 133; *Ὀξυάρτης* Arrian. Anab. III 28, 10. VII 4, 5; *Ὀξυάρθρης* Et M. s. *Ἄμαστρις* (V. L. *Ὀξυάθρης*). Bekker ad Memn. l. l. (Phot. p. 224 a 24): *ὀξάνθου vel ὀξάρθου cod. A.*

XIII 136 *Ὁμήρῳ ἡ Σινώπη δὲ Κάσος τὴν κλῆσιν φέρει* explicare non possum nisi ita ut statuam Tzetzam memorem fuisse verborum quae sunt Steph. Byz. s. *Σινώπη· πόλις διαφανεστάτη τοῦ Πόντου. κτίσμα Κρητίνου Κώου*, legisse autem *Κάσος* pro *Κώου*, hoc denique coniunxisse cum iis quae s. *Κάσος· μία τῶν Κυκλάδων· οἱ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον Κράπαλόν τε Κάσον τε* (Il. II 676). Affirmat illam sententiam, quod Tzetzes de eodem carmine Homeri (II 855) cogitavit vs. 131. — XIII 446 pro *ἑξακισχιλίων* (schol. Aristoph. Equit. 855. Plut. Arist. 7. Cf. Schoemann, de comit. Athen. p. 245s., Platner, process u. klagen I 390s. Hermann, griech. staatsaltert.[5] § 130, 5) scripsit *χιλίων*. Num legerat ‚α pro ‚ς?

VI 917ss. *ὁ Ἑλικών, καὶ Κιθαιρών, ὄρη τῆς Βοιωτίας Ἐξ Ἑλικῶνος ἀδελφῶν ὄντων καὶ Κιθαιρῶνος Οἵπερ ἀλλήλους ἐκτειναν ὡς οἱ Οἰδίπου παῖδες Ὡς ἔγραψε Λυσίμαχος ἀνὴρ ὁ Κυρηναῖος*. Conf. ad Hesiod. Opp. p. 30 ed. Gaisf. Mueller F. G. H. III 342, 26: „*vehemens est suspicio confundi Lysimachum cum Lysania Cyrenaeo, Eratosthenis magistro (v. Suid. v. Ἐρατοσθένης), quem De Poetis*[2]) *scripsisse constat ex Athenaeo p. 304 B. 504 B. 620 D. schol. Venet. et Vatic. ad Eur. Andr. 10.*“ vid. Add. IV 661 b. Cf. etiam [Plut.] de fluv. 2, 2. — XIII 635 *Γνώστορος εἴτε Πάστορος* (sc. filia erat

---

[1]) Similiter sunt transpositae literae *ρ* et *λ* in *Ὄλορος* et *Ὄρολος* Marcellin. vit. Thucyd. 16 cf. schol. Pind. Nem. II 13. — XIII 114 pro *κίρην* voce A² E² bene exhibent *κόρην*.

[2]) Tz. ad Hes. l. l. *καθὼς ὁ Κυρηναῖος Λυσίμαχος ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Ποιητῶν ἱστορεῖ.*

Eurydice, uxor Homeri). Conf. Suid. s. *Ὅμηρος* · — *τὴν Γνώτορος θυγατέρα.*

III.

Longe plurimis locis Tzetzes erravit, quod et memoria illius non tam acris erat, ut omnia accurate comprehendere posset, et cum locum, unde sua duxit, celeriter leviterque lectum non recte intellexerat.

Ac primum videas, quam fuerit neglegens in designatione

a) locorum:[1]) I 111 „*Ancyram Tzetzes fluvio Haly apponit; sed falsus est; retractus ab urbe ad XLIV M. P. fuit.*“ Wesseling. in Vett. Romanorum Itinerar. Amstelod. 1735 p. 575 not. — Ib. 128s. *ἔστι καὶ κώμη τῶν Φρυγῶν, ᾗ κλῆσις ὄνου ὦτα κτέ.* Conf. schol. vet. ad Lycophr. 1401: *λέγονται ἐν Φρυγίᾳ εἶναι δύο λόφοι καλούμενοι Ὄνου ὦτα, ἅπερ ὁ Μίδας κρατήσας — ἤκουσεν ἔχειν ὦτα ὄνου.* Hoc recte Tzetzes ipse ad Lyc. l. l. — I 759s. *αἱ Κάνναι πεδιάδες δέ εἰσι τῆς Ἀργυρίππας Οὗ Διομήδης ἔκτισε τὴν πόλιν Ἀργυρίππαν.* 762. Cannas et Argyrippam (conf. schol. Lyc. 592) scivit T. in eadem fere regione esse sitas et ita terminavit, ut Argyrippam urbem in Cannis, quas planitiem Cannensem ipsam esse sibi persuasit, sitam esse affirmaret. Conf. Zonar. IX 1 (i. e. Dion. Cass. Haupt in Herm. XIV 434) *ἐν γὰρ τῷ πεδίῳ ἐκείνῳ καὶ αἱ Κάνναι.* Chil. IV 489 *τῇ περὶ Κάννας μάχῃ.*[2])

I 862 *οἳ Νάξον καὶ Ἐρέτριαν εἷλον Εὐβοίας πόλεις* (Datis et Artaphernes).

VIII 768. 789 Oxiani non sunt Scythae. Conf. Ptolem. VI 14. De Caucasiis cf. Strab. XI 498 *Σαρμάται δ' εἰσὶν οἱ πλείους, πάντες δὲ Καυκάσιοι.* Ceterum quam absurde 767 Scythas diviserit, nemo non videt. Conf. schol. ad I 305: *σημείωσον τρία γένη Θρᾳκῶν· Ὀδρυσσοί, Μελινοφάγοι καὶ οἱ Σκύθαι* (De Melinophagis v. Xenoph.

---

[1]) Quanta sit historiographorum Byzantinorum imperitia geographiae, queritur Eichwald, reise auf dem kaspischen meere und in dem Caucasus II p. 491s. Tzetzam ipsum vituperat Tafel, Thessalon. p. 91 not. 78: »Tzetzae verba (Chil. VI hist. 95) incuriae accusant, quam neglegentiam, immo ignorantiam hominis geographicam alibi quoque notabo.«

[2]) Caveas ne I 837s. accuses Tzetzam Propontidem Hellesponti nomine significantem. Conf. Strab. VII frg. 58 *οἱ μὲν ὅλην τὴν Προποντίδα καλοῦσιν Ἑλλήσποντον* et frg. 56 init.

Anab. VII 5, 1. 2. Steph. B. s. v.) et X 883 *Περσῶν καὶ τῶν Ἀρταίων* Herod. VII 61 *ἐκαλεῦντο δὲ* (Persae) *πάλαι ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων Κηφῆνες, ὑπὸ μέντοι σφέων αὐτῶν καὶ τῶν περιοίκων Ἀρταῖοι* cf. Steph. B. s. v.

In epist. 60 dixerat Thessalonicam esse Thessaliam, cf. verba quae sunt p. 54 (Pr.) *ὑπερπετασθῆναι δὲ τὰ Θετταλικὰ Τέμπη ἐπέσπευσας κτέ.* et p. 55 *ἵνα Θεσσαλονίκηθεν ὄφελος σχοίης κἀκ τῆς Μεγαλοπόλεως* (i. e. Byzantii) *τὰ τοῖς σοῖς ὀφρικίοις ἀνήκοντα;* quod quodammodo excusat IX 695ss *νῦν παίζων εἶπον.* Cf. X 395 *Ἄλλο Θεσσαλονίκη τε καὶ ἄλλο Θεσσαλία* et X 174ss. Saepissime illa nomina sunt inter se confusa; v. Tafel, Thessalon. p. 22 not. 29 et p. 40. Epist. crit. ad Constant. Porphyrog. libr. de them. p. III. XXXIV. [1])

XIII 166 etiam, ut etymologia absurdissima nos donaret, rem depravavisse videtur:

V 983ss. Confundit Cephalum cum Lysia filio,[1]) appellat Thurium (984); 800 clypeos datos esse a Cephalo Thrasybulo et iis qui cum illo erant (990). Ps. Plut. vit. or. Lys.[2]) *χρήματά τε παρασχὼν δραχμὰς δισχιλίας καὶ ἀσπίδας διακοσίας* (confudit, ut videtur, σ′ et ω′); puniebant Cephalum mille drachmis 992s., cf. Plut. *ἀπενεγκαμένου δ' Ἀρχίνου γραφὴν παρανόμων διὰ τὸ ἀπροβούλευτον* (993) *εἰσαχθῆναι ἑάλω τὸ ψήφισμα· καὶ οὕτως ἀπελαθεὶς τῆς πολιτείας, τὸν λοιπὸν ᾤκησε χρόνον ἰσοτελὴς ὤν*; videtur de Pindari multa cogitasse (Aeschin. ep. 4. Eustath. praef. in Pind. § 28), quocum iterum XI 852s. confundit Platonem. Denique quoniam Cephalus est Tzetzae orator 996ss., Syracusanum cum Cephalo Colyttensi confundit[3]); ac ne de hoc quidem recte dixit 997 *παρ' ὅλην τούτου τὴν ζωὴν μὴ σχὼν κατηγορίας*. cf. Aeschin. III 194: *Κέφαλος...ἐφιλοτιμεῖτο λέγων, ὅτι πλεῖστα πάντων γεγραφὼς ψηφίσματα οὐδεμίαν πώποτε γραφὴν πέφευγε παρανόμων*. De versibus qui sequuntur conf. eundem locum et schol. — Similiter VI 369ss. confundit patrem Andocidis cum Andocide ipso, qui de myst. 117ss.: *Ἐπίλυκος*, inquit, *ἦν ὁ Τισάνδρου θεῖός μοι... ἀπέθανε δὲ ἐν Σικελίᾳ ἄπαις ἀρρένων παίδων, θυγατέρας δὲ δύο καταλιπών, αἳ ἐγίνοντο εἴς τε ἐμὲ καὶ Λέαγρον*, tum narrat se unam ex illis filiis olim in matrimonium duxisse; cum mortua sit, alteram se ducturum, 148 se liberos nondum habere dicit, *τίνα γὰρ καὶ ἀναβιβάσομαι δεησόμενον ὑπὲρ ἐμαυτοῦ;...τοὺς παῖδας; ἀλλ' οὔπω γεγένηνται*. Haec sunt sine dubio causa verborum 369ss. *τοὺς δικαστὰς ἱκέτευσε γυναῖκα σχεῖν εἰς γάμον Ὅπως δὴ παῖδας ἐξ αὐτῆς*

---

[1]) Cf. schol. ad Aesch. c Ctesiph. § 194 *Κέφαλος*] *Λυσίας κατ' Ἐρατοσθένους..Θρασύβουλος...ἔγραψε ψήφισμα δοθῆναι Κεφάλῳ τῷ ῥήτορι πολλὰ εὐεργετήσαντι τοὺς εἰς Φυλὴν καταφυγόντας κτέ.* et Foerster Herm. X 16 not.

[2]) Adhibitam esse a Tzetza Ps. Plutarchi vitam Lysiae constat e nonnullis verbis, quae apud utrumque invenis 985 *πλούτῳ κομῶν*, 986 *πρὸ Κυκλείδου* etc.

[3]) Idem sane est error Libanii in declamatione edita a Foerstero Herm. IX 29, 9; cf. eundem ib. XII 222.

γεννήσῃ τῶν γνησίων. Ὁ Ἀνδοκίδης γὰρ θετὸς ἦν παῖς τῷ Λεωγόρᾳ, Χρήμασιν υἱοποιηθεὶς αὐτῷ δι' ἀπαιδίαν. Verba χρήμασιν υἱοποιηθεὶς sunt additamentum Tzetzae. Ad θετὸς est fortasse conferendum initium Pseudo-Plut. vit. Andoc. Ἀνδοκίδης Λεωγόρου μὲν ἦν πατρὸς τοῦ θεμένου ποτὲ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνην Ἀθηναίοις. De 367s. non opus est quicquam dicere; 373ss. καὶ τὴν αὐτοῦ ἀνεψιὰν ὁ Ἀνδοκίδης οὗτος Πυρῶν πωλεῖ τῷ βασιλεῖ τῷ τότε τῶν Κυπρίων. Τοῦ Ἀριστείδου δὲ ἡ παῖς θυγάτριον ὑπῆρχεν, cf. Ps. Plut.: μίαν τῶν πολιτίδων Ἀριστείδου θυγατέρα, ἀνεψιὰν οὖσαν αὐτῷ, λάθρα τῶν οἰκείων ἐξαγαγὼν ἔπεμψε δῶρον τῷ Κυπρίων βασιλεῖ. Legitne πυρῶν pro δῶρον? An cogitavit de Andoc. de red. 20 ἐπίστασθε γάρ που, ὡς ἠγγέλθη ὑμῖν, ὅτι οὐ μέλλει ἐκ Κύπρου σῖτος ἥξειν ἐνταῦθα...21 βούλομαι ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι αἱ (μὲν) μέλλουσαι νῆες ἤδη σιταγωγοὶ καταπλεῖν εἰς τὸν Πειραιᾶ εἰσιν ὑμῖν τέτταρες καὶ δέκα?

VI 715s. Ἄλλοι Ἀγλαοφήμην δέ φασιν, Ἀγλαονόην Καὶ τρίτην Θελξιέπειαν (Sirenes cf. I 337).[1]) Et Aglaopheme quidem et Thelxiepeia commemorantur etiam schol. Hom. Od. XII 39, Aglaonoe nusquam nisi hoc loco. Fortasse sic res explicatur: e priore parte nominis Aglaopheme (Tz. et schol. Hom.), vel Aglaophonos (schol. Apoll. Rhod. IV 892) et altera parte nominis Thelxinoe (schol. Apoll. l. l.) formasse Tzetzam nomen Aglaonoe, ut ad Lyc. 712 Aglaope ad normam Thelxiope vocis (ib.). Schol. Apoll. Rhod. enim hoc est: ὀνόματα δὲ αὐτῶν (Sirenum) Θελξιόπη ἢ Θελξινόη, Μολπή, Ἀγλαόφωνος.

VIII 946s. ὁ Ἀρταξέρξης Ἕλλησι μακρόχειρ ἐκαλεῖτο | ὡς μακροτέραν τῶν χειρῶν τὴν μίαν κεκτημένος. | Πέρσαι δὲ τὸν μαχρόχειρά φασι Ταννοξάρκην. Anachronismus gravissimus: Tanyoxarces erat filius minor Cyri (Ctes. Pers. 8. Cf. Xenophon Cyropaed. VIII 7, 11 Ταναοξάρκης), Artaxerxes autem I Longimanus filius Xerxis; decepit Tzetzam *tannvo* syllaba; cf. τανύπεπλος alia.[2])

γ) Confundit nomina, quod aliis rebus erant similia.

I 219ss. allegorice explicans fabulam Phinei et Harpyiarum sequitur Palaeph. Mirabil. 23 (unde nomina quoque Ἐράσεια, Ἁρπύεια duxit 220, conf. Fischer ad Pal. l. l. not. 12) addens de illis 221 ζώσας τὸν (sic A^2 B^2) πορνικώτατον καὶ τὸν βλακώδη βίον sine dubio memor eorum quae 343 de Sirenibus erat dicturus Πλούταρχος

[1]) Cf. Schrader, die Sirenen p. 46.

[2]) De voce Ταναοξάρκης cf. Keiper in Act. Seminar. philol. Erlang. I 281.

δ' ὁ νεώτερος πόρνας ἐκείνας λέγει, cf. II 665ss. — I 385. 388. Non erat Terpander Methymnaeus, sed Antissaeus (cf. Flach, gesch. der griech. lyrik p. 189 n. 4), quod ipse ait in schol. ad h. l. οἱ δὲ ἀκριβέστεροι Ἀντισσαῖον τοῦτόν φασιν. Cogitavit nimirum de Arione Methymnaeo, de quo paulo post (393) verba facit. Itaque haec res non est attribuenda Diodoro (Plehn, Lesbiac. p. 142) et ab illo fragmento Diodori (VIII 25 Dind.) removenda. — Rectissime Schneidewin, Simonid. fragm. p. 87, 35 (Bergk, Poet. lyric. III p. 523) putavit Tzetzam I 430s., quod de vellere arietis Colchici a Simonide erat dictum, ad Atrei agnum aureum transtulisse; cf. Schol. Eur. Or. 812, schol. Apoll. Rhod. IV 177 ὁ δὲ Σιμωνίδης ποτὲ μὲν λευκὸν ποτὲ δὲ πορφυροῦν (cf. Preller, griech. mythol. II 389[3]). — I 702–97. III 357. 365ss. pro Carthaginiensibus fingit Siculos cum Romanis luctantes, cf. Hart, l. l. p. 62; ipse tum videns quantopere errarit, in secunda editione [1]) scripsit Ἀφρικοί etc. Cf. schol. ad 702 τῆς Ἀφρικῆς ἦν στρατηγός· (Hannibal) ἐπεκτήσατο δὲ καὶ Σικελίαν (!) — I 960 confudit pugnam Artemisiensem cum pugna apud Thermopylas commissa. Ac ne credas semel hac in re Tzetzam somniare potuisse, idem scripsit X 693ss. — quodammodo dubitans (693) περὶ τὸ Ἀρτεμίσιον δοκῶ δὲ τῆς Εὐβοίας — et ad Lyc. 1432 p. 1039.

II 26 Αὕτη (Cleopatra) σὺν ἀρχιτέκτονι Κυπρίῳ Λεξιφάνει | τὴν θάλασσαν χερσώσασα κτέ; confudit Cyprum cum Cnido, cf. I 83 ἐξωρμημένος (Ctesias) πόλεως ἐκ Κνίδου τῆς Κυπρίας et schol. περὶ Κῶν ἡ Κνίδος· τὸ παλαιὸν δὲ μέχρι καὶ περαιτέρω ἦν ἡ τῆς Κύπρου ἀρχή; sine dubio se excusat, sed ulcus tangit; neque enim tanta erat regio Cypriorum, sed Rhodiorum, ἡ περαία τῶν Ῥοδίων Strab. XIII 631. XIV 677 vel Chersonnesus Rhodia Diod. V 60ss. Recte Tzetz. IV 503. VI 294. — II 641 ὁ Περικλύμενος ὁ παῖς Νηλέως Πολυμήδης; voluit Kiessling »pro Πολυμήδης potius καὶ Χλωρίδος; vid. Apoll. I 9, 9, 1 vel πολυμήτης.« Nulla mutatione puto opus esse. Cf. enim vs. 614 Εὐρώπης Τιτυοῦ i. e. Europae filiae Tityi cf. schol. Pind. Pyth. IV 76. Possunt igitur haec quoque verba intellegi »Nelei, filii Polymedae.« Quod si ita intellegimus, satis facile explicamus errorem Tzetzae. Hom. Od. XI 258 (laudat 652s. Homerum [Od. XI 285]) τοὺς δ' ἑτέρους Κρηθῆι τέκεν βασίλεια

[1]) Cf. Giske, de Io. Tzetzae scriptis ac vita, Rostoch. 1881 p. 21 n. 3 et p. 40. Hart, l. l. p. 51ss.

γυναικῶν (Tyro) *Αἴσονά τ' ἠδὲ Φέρητ' Ἀμυθάονα Θ' ἱπποχάρμην*, Crethei et Tyrus filius est Aeson. Apollod. I 9, 16 *Αἴσονος δὲ τοῦ Κρηθέως καὶ Πολυμήδης τῆς Αὐτολύκου Ἰάσων*, i. e. Aesonis (filii Crethei) et Polymedae (filiae Antolyci) filius est Iason. Sed Tzetzes ita vertit: Aesonis filii Crethei et Polymedae (filiae Antolyci) filius est Iason. Itaque iam putavit Polymedam eandem esse ac Tyro. Cf. enim Od. XI 254 *ἡ δ' ὑποκυσαμένη Πελίην τέκε καὶ Νηλῆα* (Tyro). Ita facta est Polymede mater Nelei. Recte ad Lycophr. 175 (p. 433) 872. — II 896 *καὶ ὄμβρους δὲ κατέπαυσεν ἀνέμων τε τὰς βίας* (cf. IV 525); dixit de Anaxagora falso, quae infra 899s. recte de Empedocle, cf. Diog. La. VIII 56. Philostr. v. Apoll. I 4 *τίς οὐκ οἶδε τὸν Ἀναξαγόραν Ὀλυμπίασι μὲν ὁπότε ἥκιστα ὗοι, παρελθόντα ὑπὸ κωδίῳ ἐς τὸ στάδιον ἐπὶ προρρήσει ὄμβρου.* Aelian. Nat. An. VII 8. Iambl. v. Pyth. § 136. —

III 83ss. Assyrios cum Aegyptiis confundit, nimirum quod horum terra multa habet cum illorum communia, III 431 Euphratem cum Nilo, cf. schol.: *Ἀντ' Εὐφράτου Νεῖλον μὲν ἐκ λήθης ἔφην | Νεῖλον νοῶν, ἅπας δὲ τῶν Αἰγυπτίων | τὸν Εὐφράτην γίνωσκε, Μηδίας ὁρῶν | πρὸς τὴν πόλιν ῥέοντα τὴν .. Βαβυλῶνα μέσην.* Idem in carmin. de metr. vs. 22 (Cramer Anecd. Oxon. III p. 302) *Ἀσσύριοι σφετέρῳ δὲ Ὀσιμάνδυϊ βασιλῆϊ | Χρυσέῳ ἐν στεφάνῳ σταδιαῖον τύμβον ἔρεψαν.* Chil. III 892ss. IV 620 ss. Diodor. I 47ss. schol. ep. 6 (p. 8 Pressel) *Βασιλέως τῶν Ἀσσυρίων Ὀσίριδος] Λήθη γένονεν· Αἰγύπτιος γὰρ ἦν βασιλεὺς ὁ Ὄσιρις.*[1]) — III 150 de verbis *καὶ φίλος Πομπαιδίου* (erat Cato minor) Pressel: „*exstat hoc loco Plutarchi* (Cat. min. 2) *celebris illa narratio de Pompaedio Silone Marso. Tzetzes nominis memor, rem ipsam haud satis tenens, Catonem Pompaedii amicum vocavit.*“ Plut. l. l.: *καί τις Πομπαίδιος Σίλλων... τοῦ δὲ Δρούσου φίλος.* Drusus autem erat avunculus Catonis. — III 173s. Catonem cum Palamede comparans nonnulla dat illi, quae huius solius erant, cf. Plut. Cat. mai. 1. Isaac. Porphyrog. ed. H. Hinck (post Polemon. declamat. II) p. 82. Chilmead. ad Malal. p. 103,11 (Bonn.) et descriptionem Pyrrhi Malal. p. 104.[2]) — III 297s. *φεύγει*

---

[1]) Quam inscius sit nonnumquam in coniungendis gentibus aliquatenus similibus vides ad Lycophr. 887 ubi contendit Colchos, Lazos, Scythas Asianos, Leucosyros esse eosdem, cf. Noeldeke Herm. V 447 not. 1. 453 not. 2. Huc pertinent etiam Chil. XII 903ss., cf. V 585ss.

[2]) Schol. ad III 186 *ἀφιλοχρηματώτατον τὸν ἄνδρα εἰδὼς ἐκ τῶν σταλέντων*

(Idomeneus) *μακράν που... φεύγει τὴν Κρήτην νῆσον.* | *Τούτῳ τῷ Λεύκῳ διωχθεὶς μεγάλα δυνηθέντι* videtur scripsisse memor Daedali fugientis Minoem, cf. schol. vet. ad Lyc. 1218 et Tzetz. ad eundem locum; patrem Leuci appellat schol. vet. Tantalum, Tzetzes *Τάλως* et ita in scholl. ad Lyc. 1093. 1218 (sed cf. Muelleri notam ad 1093, 19. 1218, 7); potuit facile syllaba *ταν* ut *τοῦ* a nostro legi.

III 496s. coniunxit leviter Herod. IV 141 et VII 117. — III 954: Her. I 83 et IX 84. — IV 297ss: Aelian N. An. II 40 et VII 45. — IV 423 de Chloride: Apollod. III 5, 6, 1 et 4 cf. I 9, 9, 1. Od. XI 281ss.[1]) — V 121ss: Hesiod. Scut. 184s. et Philostr. Her. p. 289s. ed. Kayser (Tur. 1844). [2])

III 811s. confudit Heracleam quae olim fuit Perinthus cum Heraclea Pontica, cf. I 841. Itaque illud quoque falso tradidit a Lyco vel omnino illis temporibus eam urbem esse nominatam Heracleam, cf. Apollod. II 5, 9, 6. Perinthus enim ca. a. 599 a. Chr. est condita (Syncell. p. 453), quarto autem saeculo p. Chr. (Ptolem. III 11, 16 enim sunt verba *ἤτοι Ἡράκλεια* sine dubio multo post tempora Ptolemaei inserta, v. Mueller ad h. l. Forbiger, alt. geogr. III 1082 not. 59) cognominata est Heraclea. Zosim. I 62; conf. Miscell. observat. V 2 p. 51. Ceterum puto Tzetzam, ut illas urbes confunderet, commotum esse, quod, cum Apollodorus l. l. mentionem fecisset Mysorum, ipse cogitavit de Mysis Thraciis. Evaseruntne ex illo errore etiam I 839ss. *μέχρι γεφύρας Βλαχερνῶν Ἑλλήσποντος καλεῖται* | *τὴν Βεβρυκίαν θάλασσαν εἰς μέσον περικλείων* | *τῆς Ἡρακλείας τῶν Θρᾳκῶν τῆς πρότερον Περίνθου*? cf. Apoll. II 5, 9, 5 *ξενισθεὶς ὑπὸ*

ἐκ Βρεττανίας χρημάτων αὐτῷ ἐπεισθὴν τοῖς ἀσκόπως ληρεῦσι φιλοχρήματον τοῦτον εἰπεῖν οἰκονομικῶς τοὺς γεγηρακότας τῶν αὐτῶν (sic!) *ἀπεμπολοῦντα βοῶν.* Tzetzes, ut iam Duebner Rhen. Mus. IV (1836) ad h. l. (cf. Pressel p. 106) vidit, confundit Hiberniam vel Britanniam ipsam cum Iberia, Plut. Cat. mai. c. 10; idem error occurrit X 647ss. — Postrema verba scholii sunt corrupta; coniecit Duebner pro *αὐτῶν* esse legendum *αὐτοῦ*; sed hac voce nihil nos proficere puto. Fortasse est scribendum *τοὺς γεγηρακότας τῶν οἰκετῶν ἀπεμπολοῦντα βοῶν*, cf. Plut. (vs. 154) Cat. mai. 4. 5.

[1]) Ib. *Φαέθαν*, quod alibi, quantum video, non invenitur; *φθέαν* codd. Apollod. III 5, 6, 1. cf. *Φρασιθέα* Tz. I 174 V 671: Apd. III 14, 6, 6. *Πραξιθέα* Tz. I 177. V 674: Apd. III 15, 1, 2.

[2]) Nimiam fidem Tzetzae habuit Stoll in Roscheri lex. mythol. s. **Asbolos.**

τοῦ Βερρύκων βασιλέως. 6 καὶ τὴν Βερρύκων πόλιν ἀποτεμόμενος κτέ. — III 841s. ὥσπερ καὶ πρὶν ἐκάλεσαν Ἕλληνες ἐν Ἀθήναις | Πελαργικὸν Γεράνειαν ἐκ τῶν τοιούτων ζώων. Τὸ Πελαργικὸν est murus arci Athenarum a Pelasgis circumductus Her. VI 137; de Gerania monte Megaridis cf. Et. M. εἴρηται δέ, ὅτι Μεγαρεὺς ὁ Διὸς καὶ μιᾶς τῶν καλουμένων Θηβῶν νυμφῶν τοῦ κατακλυσμοῦ γενομένου πρὸς φωνὴν γεράνων νηχόμενος προσέφυγε τῇ ἄκρᾳ τοῦ ὄρους. Ἀπὸ δὲ τῶν γεράνων Γεράνειαν ἐκάλεσαν τὸν τόπον, cf. Reinganum, das alte Megaris p. 92ss. —

V 455 ipse (v. quae antea quamvis leniter in Sophoclem dixerat) confundit Lydos cum Phrygibus, cf. Hom. Il. XIII 792 et schol. — V 578 ἄλλοι δὲ ἀπὸ Αὔσονός φασιν παλαιοτέρου | υἱοῦ τελοῦντος Ἰταλοῦ τῆς χώρας βασιλέως (fuisse nominatam Ausoniam), cf. Tz. ad Lyc. Αὔσονες δὲ λέγονται..ἀπὸ Αὔσονος τοῦ Ἰταλοῦ καὶ Λευταρίας. Vereor ne haec duxerit e Plut. Rom. 2 Ἄλλοι δὲ Ῥώμην Ἰταλοῦ θυγατέρα καὶ Λευκαρίας... λέγουσι τοὔνομα θέσθαι τῇ πόλει. Reliquis omnibus scriptoribus Auson est filius Calypsus vel Circae et Ulixis; ἀπὸ Αὔσονος:..παλαιοτέρου dixit sine dubio, quod Italus (Italia) nimirum antiquioris aetatis esse videbatur quam Ulixes.[1])

VI 420 cf. XI 855s: Prolegg. Platon. p. 196 ed. Herm. ἐκαλεῖτο Ἀριστοκλῆς...μετεκλήθη δὲ Πλάτων ἢ διὰ τὸ εὐρὺ τοῦ μετώπου· οὕτω καὶ Θεόφραστος κτλ. cf. Olympiod. v. Plat. p. 191; nihil de Socrate, quem noster nominavit fortasse quod Theophrastus et ipse ab Aristotele praeceptore suo Tyrtamus vocabatur. Cf. etiam Diog. La. III 4 ἐγυμνάσατο δὲ (Plato) παρ' Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ παλαιστῇ· ἀφ' οὗ καὶ Πλάτων διὰ τὴν εὐεξίαν μετωνομάσθη. Confuditne illum cum Socrate? — VI 670: Plut. Cam. 14. ἐξ οὐρανοῦ addidit ex gr. ex Nov. Test. Matth. III 17. Marc. I 11 aliisve locis.

VIII 235ss: quae Plato Phaed. 66 de morte Socratis narrat, cum iis, quae Plut. Phoc. 36 de morte Phocionis, coniunxit idque parum accurate. Plut. l. l. πεπωκότων δὲ ἤδη πάντων τὸ φάρμακον ἐπέλιπε καὶ ὁ δημόσιος οὐκ ἔφη τρίψειν ἕτερον εἰ μὴ λάβοι δώδεκα δραχμάς... Χρόνου δὲ γενομένου καὶ διατριβῆς ὁ Φωκίων

---

[1]) Vides ut homo ineptissimus alteram etymologiam cum altera conciliare studeat. Ita facere amant Byzantini cf. quae K. O. Mueller Mus. Rhen. V (1837) 334 de iis quae Tz. π. τῶν ποιητῶν διαφορᾶς de κῶμα, κώμη, κῶμος dixerat, disseruit; et Chil. II 246 ἔστι καὶ ἀληθέστερος ὕδρα παλαιοτάτη.

καλέσας τινὰ τῶν φίλων... ἐκέλευσε τῷ ἀνθρώπῳ δοῦναι τὸ κερμάτιον, cf. Kiessling. ad h. l.

Falso distinguit duo nomina VIII 715 καὶ Κοτινοῦσα πόλις δὲ, τὰ Γάδειρα δὲ νῆσος, cf. II 331 ἥ (νῆσος) νῦν καλεῖται Γάδειρα, Κοτίνουσα δὲ πρώην et VIII 685, ad Lyc. 649. His igitur locis utrumque nomen dedit insulae et dedit suo iure, falso autem VIII 715 nomina quae sunt Gadira et Cotinusa distinxit, cum et urbs et insula vocaretur Gadira, Cotinusa insula. Sine dubio ut illa diceret, commotus est etymologia allata vs. 688s. Ἕλληνες Γάδειρά φασι γῆς τράχηλον ὑπάρχειν, Τραχήλῳ γῆς γὰρ ἔοικειν, quod magis ad insulam quam ad urbem Tzetzae pertinere videbatur.

IX 84s. ὁ Καῖσαρ δ' Ὀκταούϊος ἐκείνην (Cleopatram) ταριχεύσας Τῇ ἀδελφῇ τῇ ἑαυτοῦ κατήγαγεν εἰς Ῥώμην, (cf. II 23): Dion. Cass. 51, 15 Ἀντώνιος μὲν δὴ καὶ Κλεοπάτρα..ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἐταριχεύθησαν καὶ τῇ αὐτῇ θήκῃ ἐτάφησαν; 51, 21 ἡ Κλεοπάτρα ἐπὶ κλίνης ἐν τῷ τοῦ θανάτου μιμήματι παρεκομίσθη. — IX 811 Pythiam confundit cum Bacide; vid. Wesseling. ad Herod. VII 140, Kiessling. ad Tzetz., et huius ep. 60 p. 55. Chil. IX 816s. 826.[1])

X 211s: cf. Herod. V 12. — 619ss: Plut. Pelop. 3 (de πάρετον 623 [sic A^2B^2] cf. Pressel. p. 133). — X 638 - 45 de Catone, Plut. Lucull. 40 de Pompeio; errorem nostri sic explices: ubi Plutarchus, quae dixi, narravit, pergit ita: Κάτων δ' ἦν αὐτῷ (Lucullo) φίλος καὶ οἰκεῖος, οὕτω δὲ τὸν βίον αὐτοῦ... ἐδυσχέραινεν, ὥστε νέου τινὸς ἐν τῇ βουλῇ λόγον ἐπαχθῆ καὶ μακρὰν ἀκαίρως ὑπὲρ εὐτελείας καὶ σωφροσύνης διελθόντος, ἐπαναστὰς ὁ Κάτων· „οὐ παύσῃ" ἔφη „σὺ πλουτῶν μὲν ὡς Κράσσος, ζῶν δ' ὡς Λούκουλλος, λέγων δὲ ὡς Κάτων;" 651ss. Catonem cum Curio (Plut. Cat. mai. 2), ut iam Hoeger cognovit, confundit (cf. Kiessl.); 663—66 addidit; e quo

---

[1]) Pressel p. 131: »824ss. ex Zosimo (II 37) descripti, sed ibi legitur ταχὺ δ' ἐπιβήσεται ἀρχὴ Ἀνδράσιν, et versus pertinere iudicantur ad ingentia tributa Bithynis imposita et regiam sedem CPoli constitutam, ut haec exemplo esse possint, quomodo vetera oracula saepius ad res novas interpolatione accommodata sint.« Quis sit Diogenes vs. 822 (cf. Kiessling. not.), constare videtur e Presselii (p. 123) nota ad VII 552 »Tzetzes hic ad bellum Romani Diogenis cum Turcis respicit, cui capto pedem imposuisse Sultanum Alp-Arslanum sunt qui referunt.«

fonte, nondum satis perspicio,[2]) 654—58 sine dubio memor eorum, quae de Philopoemene Plut. Philop. 2. narrat, cf. Tz. VI 846ss. (cp. XI). — X 684ss: cf. quae Her. VIII 27 de Tellia vate Eleo (imprimis verba quae sunt initio *ἐπεί τε τὸ ἐν Θερμοπύλῃσι τρῶμα ἐγεγόνεε*) et VII 221 (Wesseling. et Valcken. ad h. l.).[2])

De X 848ss. cf. Klingender, de Philoxeno Cytherio p. 11: „*Philoxenus Syracusis egressus... Tarentum se contulit ibique per aliquod tempus commoranti saepe litteris missis tyrannus persuadere conatus est, ut ad se rediret. At poeta invitationes repudiavit, nihil aliud pro responsione in membrana pingens, quam litteram o saepe repetitam (Suidas s. Φιλοξένοιο γραμμάτιον. Diogenian. VIII 54.*“ Cf. Luetke, de poett. dithyramb. p. 79. Berglein, de Philox. p. 12 et not. 20. Hic laudat eum locum, quem sine dubio adhibuit Tzetzes, schol. ad Aristid. p. 264 ed. Frommel: *Φιλόξενος..διαφυγὼν τὰς λατομίας...διέτριβεν ἐν Κρότωνι τῆς Ἰταλίας· πυθόμενος δὲ ὁ Διονύσιος ἠξίου αὐτὸν εἰς Συρακούσας παραγενέσθαι κτλ.* Vs. 853 cogitavit de notissimo illo dicto *οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ* Herod. VI 129. Zenob. V 31 cf. 45. Diogen. VII 19 (cf. 21).

X 995s. (cf. Zeller, geschichte der gr. philos. [3]II 1 p. 360 not. 3) coniungit Plut. Dion. 5 *λέγεται Πόλλις εἰς Αἴγιναν φέρων ἀποδόσθαι Πλάτωνα* et ib. 20 *ἐν τοιούτῳ δὲ κινδύνῳ γενομένου τοῦ Πλάτωνος οἱ περὶ Ἀρχύταν πυθόμενοι ταχὺ πέμπουσι πρεσβείαν καὶ τριακόντορον*, i. e. primum reditum philosophi cum tertio. Et quid tum aliud faceret Pythagoreus ille nisi *ἐδίδαξε καὶ τὴν φιλοσοφίαν | αὐτῷ τὴν Πυθαγόρειον· εἶχε καὶ γὰρ ὁ Πλάτων | καὶ τὴν τοῦ Φιλολάου δὲ βίβλον Πυθαγορείου.*

XII 368 *ἦσαν ἑλλανοδίκαι δὲ ἐκ τῶν Ἀμφικτυόνων* (Olympiae). Amphictyones praeerant ludis Pythiis; minime autem concludere licet e Tzetzae verbis Pythiis quoque fuisse Hellanodicas (Hermann, griech. altertuemer II[2] § 50, 18 p. 327). Merus error est Tzetzae confundentis Hellanodicas Eleorum cum Amphictyonibus Delphicis.

De Byge lacu verba faciunt Ptolem. III 5, 2. 3. Strab. VII 4, 1. Plin. IV 84. Mueller adnotat ad Ptol. l. l. illum lacum, partem pa-

---

[1]) Fortasse confudit Catonem cum Fabricio, Plut. Pyrrh. 20.

[2]) Similiter ad Lycophr. 386 narrat de Nauplio quae Homerus initio Iliadis de Chryse sacerdote: *Ναύπλιος ἔπλευσε πρὸς τοὺς Ἕλληνας καὶ τὴν τοῦ παιδὸς ἀπῄτει ποινήν. Ἄπρακτος δὲ ὑποστρέψας ὡς πάντων χαριζομένων τῷ βασιλεῖ Ἀγαμέμνονι κτλ.* cf. schol. vet.

ludis Maeoticae, nunc nominari Siwach. Puto eum esse lacum quem commemorat Tzetz. XII 857 ἐκεῖ (apud Cimmerios) καὶ λίμνη τίς ἐστι Σιάχα καλουμένη. Quod si concedis, videre licet neglegentiam hominis. Circa Avernum enim lacum habitant Cimmerii (Strab. V p. 244). Hunc lacum eundem esse ac Siacha, quod etiam apud Maeoticam erant Cimmerii, opinatus quae Sotio de Averno narrat, Siacha lacui attribuit. Sotio 28 (p. 188 Westermann) Ἀουερνός ἐστι λίμνη ἐν Ἰταλίᾳ περὶ Κούμας, εἰς ἣν τὰ ἐκ τῆς περικειμένης ὕλης ἐμπίπτοντα φύλλα ἢ κάρφη ἀφανῆ γίνεται βυθιζόμενα παραχρῆμα, cf. Tzetz. 858. Sotionem laudavit VII 645.

XIII 4448s. εἰς ὄστρακον γὰρ γράφοντες τὸ ὄνομα ἐκείνου (qui ostracismo ex urbe expellendus erat) Ἔρριπτον ἐς Κυνόσαργες (cf. 465); immo εἰς ἕνα τόπον τῆς ἀγορᾶς, περιπεφραγμένον ἐν κύκλῳ ἐν δρυφράκτοις, (Plut. Aristid. 7); conf. Plut. Themist. 1 τῶν νόθων εἰς κυνόσαργες συντελούντων et Tzetz. vs. 450s. οὗ καὶ τοὺς νόθους ἔρριπτον τοῖς χρόνοις τοῖς προτέροις(!) Etiam illuc testulas esse iactas Tzetzas ipse de suo docuit. Cogitavitne de Ceramico?

III 954 Ἡρόδοτος δὲ Λέοντα Σάρδεων βασιλέα (sc. ἔχειν ὀστοῦν ἓν τοὺς ὀδόντας πάντας 952): Herodotus haec de Mardonio narrat IX 83, quocum, ut R. Foerster me docuit, confundit Tzetzes ἄνδρα Μάρδον ib. I 84 qui in murum Sardium ascendit, ubi Μήλης ὁ πρότερον βασιλεὺς Σαρδίων οὐ περιήνεικε τὸν λέοντα τόν οἱ ἡ παλλακὴ ἔτεκε.

IV.

Restat, ut de iis locis verba faciamus, quibus etiam plura noster rettulit, quam in fonte invenerat,

a) ac primum de iis, e quibus quaedam cupiditas rerum augendarum elucet:

I 17: Herod. VI 125 fin. Ἰδόντα δὲ τὸν Κροῖσον γέλως ἐσῆλθε καί οἱ πάντα τε ἐκεῖνα διδοῖ καὶ πρὸς ἕτερα δωρέεται οὐκ ἐλάσσω ἐκείνων. — I 19ss. ὁ συγγραφεὺς δ' Ἡρόδοτος ὁ παῖς ὁ τοῦ Ὀξύλου | καὶ σὺν αὐτῷ καὶ Πλούταρχος τὸν ἄνδρα διαγράφει (Croesum) | Χιλίας πλίνθους εἰς Δελφοὺς πέμψαι τῶν ὁλοχρύσων | ὅπως βωμὸς Ἀπόλλωνι πάγχρυσος ἑδρασθείη, cf. VII 221ss. Primum cum χιλίας scripsit πλίνθους (cf. Tzetz. epist. ed. Pressel p. 18) valde rem auxit; Herodotus enim I 50 narrat 117 lateribus aureis Apollinem Delphicum a Croeso esse donatum, Diodorus XVI 56 lateribus 120

(solidum nimirum numerum praebens cf. Baehr ad Her. l. l.);[1]) tum non aram construxit Croesus e lateribus, sed fundamentum iecit aurei illius leonis, de quo vid. Herod. l. l.

I 721—49 tam fabulosa narrat, ut de suo multa addidisse credendus sit, sed cum quae tradit apud Dionem et Diodorum desint — ex his enim hausit secundum Hauptium Herm. XIV 436s. — certo statui non potest, quanta ac qualia sint addidamenta Tzetzae. — I 932: Herod. VII 43. 196. Schol. vet. Lyc. 1434; neque quisquam non videt quantopere 955—58 res auxerit, cf. Her. VII 226.

III 445: Diod. II 28, 4ss. — 540 *τέλος δακρύσας*: Herod. VI 30. — V 327ss: Plut. de garrul. c. 17. — V 353 *πολλάκις*: Plut. Sol. c. 6. — VI 178s: Plut. Demosth. 28, cf. Phocion. 27. — VI 243s: Plut. Timol. 14. — VI 250: Plut. Aemil. 37. — VI 552s: Dion. frg. 18, 10 cf. H. Haupt, Herm. XIV 439.—VI 848: Plut. Philop. 2. cf. vs. 856.

Quae de Platone scripsit Diog. La. III 9: *καὶ γὰρ ἐν εὐπορίᾳ, . . ἦν παρὰ Διονυσίου λαβὼν ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα τάλαντα*, commoverunt nostrum, ut scriberet XI 38s. *καὶ πάντας δὲ συνώθει Αὐτῷ διδόναι χρήματα ὠνεῖσθαί τε βιβλία Μνῶν ἑκατὸν πλειόνων τε* (cf. Diog. La. l. l.), X 790ss. etiam *ὁ Πλάτων ὁ φιλόσοφος αὐτοῦ τοὺς διαλόγους . . . Ἐπίπρασκε τῷ Λίωνι καὶ τῷ Διονυσίῳ Καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς θέλουσιν ἐκ Σικελῶν ὠνεῖσθαι. Προῖκα καὶ ἀναργύρως δὲ οὐδὲν αὐτῶν ἐδίδου οὐδὲ τῷ Λίωνι αὐτῷ, ὃς εὐηργέτει τοῦτον*, ut ostenderet avaritiam Platonis, Dionis liberalitatem, cf. 811ss. Ceterum quanti Byzantinus aestimaverit Platonem, videre licet vss. 814ss. 822ss. 859ss. Itaque non mirum est, quod etiam ea quae antea dixerat, augens rem depravavit X 994 *ἕδρα γὰρ ἔχθρας Λίωνι καὶ τῷ Διονυσίῳ* cf. V 175s. X 874.

b) de iis locis, quibus memoria destitutus vel propter inscitiam nonnulla addidit:

I 34 *κατ' αὐτὴν τῆς νίκης τὴν ἑσπέραν*: Herod. I 30 cf. 31.[2])— I 908 *δάφνῃ*: Herod. VII 54.

I 762ss. *αἱ πεδιάδες αὗται δὲ* (Cannae) *τυγχάνουσι Δαυνίων*

[1]) Cf. Tzetz. ad Lyc. 1432 p. 1037 et Herod. VII 31 (cum Wesselingii nota.)

[2]) De I 217 L. Stephani, Boreas und die Boreaden (Mémoires de l'Acad. impér. des sciences de St. Pétersb. Ser. VII tom 16 nr. 13 p. 18): nur Tzetzes inquit, sagt, dass sie (sc. Boreadae) bei der verfolgung der Harpyien mit diesen zusammen umgekommen seien. Sed v. Apollod. III 15, 2. I 9, 21.

Τῶν Ἰαπύγων ὕστερον, ἔπειτα Σαλαντίων Τὰ νῦν δὲ πᾶσι Καλαυρῶν τὴν κλῆσιν λεγομένων. Fons horum errorum est, opinor, Strabo VI 282 *ἐπεληλυθόσι δ' ἡμῖν τὰ περὶ τὴν ἀρχαίαν Ἰταλίαν μέχρι Μεταποντίου τὰ συνεχῆ λεκτέον· συνεχὴς δ' ἐστὶν ἡ Ἰαπυγία· ταύτην δὲ καὶ Μεσσαπίαν καλοῦσιν οἱ Ἕλληνες, οἱ δ' ἐπιχώριοι κατὰ μέρη τὸ μέν τι Σαλεντίνους καλοῦσι, τὸ περὶ τὴν ἄκραν τὴν Ἰαπυγίαν τὸ δὲ Καλαβρούς* vel (ib.) *ἡ δ' ἐκ Βρεντεσίου . . . ὁδὸς εἰς τὸν Τάραντα εὐζώνῳ μιᾶς οὖσα ἡμέρας τὸν ἰσθμὸν ποιεῖ τῆς εἰρημένης χερρονήσου, ἣν Μεσσαπίαν τε καὶ Ἰαπυγίαν καὶ Καλαβρίαν καὶ Σαλεντίνην κοινῶς οἱ πολλοὶ προσαγορεύουσιν,* ut et Tzetzes, quae erant nomina eorundem populorum iisdem temporibus, diversis tribueret temporibus (cf. Forbiger III p. 745 not. 98. Nissen, ital. landesk. I p. 539ss.) neque Dindorf, Dion. frg. 2, 3 (cf. Haupt, Herm. XIV 434s.) verba quae sunt Tzetz. ad Lyc. 603 *ἡ δὲ Μεσσαπία καὶ*(!) *Ἰαπυγία ὕστερον Σαλεντία, εἶτα Καλαβρία ἐκλήθη* suo iure Dioni dedisse videatur.

II 164ss: non hoc invenitur in Ptolem. Tetrab. Synt. ed. Basil. 1535; vid. p. 86. 123. 144. 164s. 170s. 188. 189.

II 602ss. omnia praeter verba *τοῦ Λαμοξένου — μέμνηται* ficta sunt, cf. Luc. D. M. I 3. Sed Tzetzes vs. 560ss. de Milone (cf. 604) locutus erat. — 656s. *πρὸς δὲ σηπίας πώποτε μορφὴν μεταβαλοῦσαν* (Thetim) *Πηλεὺς αὐτὴν κατέσχηκε καὶ γάμῳ κατεζύγη* (cf. ad Lyc. 175 p. 446) v. Apollod. III 13, 5, 3. Schol. Apoll. Rhod. I 582: *Σηπιάς· ἀκρωτήριον ἐν Ἰωλκῷ οὕτω καλούμενον διὰ τὸ τὴν Θέτιν ἐνταῦθα εἰς σηπίαν μεταβληθῆναι διωκομένην ὑπὸ Πηλέως.*

III 153 *ἔχων* (Cato minor) *υἱὸν καὶ οὗτος μὲν ἀλλ' οὐ παιδεύων οὕτω* alibi traditum non invenio. An conclusit inde, quod apud Plut. Cat. min. 68s. legerat, qualem se praebuisset filius in morte Catonis patris: *τὸ μὲν μειράκιον ἐξῆλθε μετὰ κλαυθμοῦ*? — III 508 *ἥτις Μυρκῖνος Ἰδωνὸς πρότερον ἐκαλεῖτο* = IX 220. Ita ratiocinatus est Tzetzes: Herod. V 11 *αἰτέει δὲ Μύρκινον τὴν Ἰδωνίδα βουλόμενος ἐν αὐτῇ πόλιν κτίσαι.* Illorum nominum *Ἰδωνὶς* prius fuisse videbatur, quod minus erat accuratum quam *Μύρκινος*. *Ἰδωνὸς* quod Tzetzes exhibet, fortasse ortum est e verbis Her. V 125 *Μύρκινον τὴν Ἰδωνῶν* (cf. III 859. VI 532. 542. vid. p. 11s.); similiter III 812 *τὴν Θρᾳκικὴν τὴν Περινθον τὴν πρώην Μυγδονίαν* cf. Apd. II 5, 9, 6. Schol. Apoll. Rhod. II 786. — III 672s: Xenoph. Cyrop. VI 1, 45. — III 821s. *Μόνος ἀντέστη* (Horatius Cocles) *σύμπασι γεφύρᾳ τῇ ξυλίνῃ Τοῦ Μάρ-*

κου κόπτοντος αὐτὴν ὄπισθεν Μινουκίου. Sed Plut. Popl. 16 nominat ut socios Horatii Herminium et Lucretium (cf. Sinten. ad l. l. qui confert Liv. II 10 Dionys. 2 p. 898. 899). Videtur noster ante oculos habuisse Plut. Popl. 12 καὶ ἀπεδείχθησαν (ταμίαι) οἱ πρῶτοι Πούπλιος Οὐτεούριος καὶ Μινούκιος Μάρκος... ταῦτα δὲ διοικήσας ἀπέδειξεν (Publicola) ἑαυτῷ συνάρχοντα τὸν Λουκρητίας πατέρα Λουκρήτιον... ἐπεὶ δ' ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον ἐτελεύτησεν ὁ Λουκρήτιος, πάλιν ἀρχαιρεσιῶν γενομένων ἡρέθη Μάρκος Ὡράτιος καὶ συνῆρχε τῷ Ποπλικόλᾳ τὸν ὑπολειπόμενον χρόνον τοῦ ἐνιαυτοῦ. Marcum Horatium eundem esse putavit atque Horatium Coclitem, Lucretium eundem ac socium Horatii, Marcum Minutium et ipsum Horatii socium; Herminii denique prorsus oblitus esse videtur.

IV 235ss. τῷ Τείῳ Ἀνακρέοντι: Aelian N. A. VII 29, ut primus intellexit Schneider, Pericul. crit. p. 98. Cf. O. Iahn, abhandl. der sächs. ges. d. wiss. VIII 733.

Ipse finxisse videtur etiam V 182ss. ἐν δὲ τῷ κατὰ Πλάτωνος δράματι γεγραμμένῳ Πλέον κωμικωτέρῳ μὲν ἢ τραγῳδίας ὄντι Λοκῶ(!) τὸν στίχον ἔλεξεν, ὃς τῇ ἀρχῇ ἐγράφη· Αὐτοῖς—βροτῶν. Cf. Nauck, fragm. trag. graec. p. 618, 11. Lucian. adv. indoct. 15. Tzetz. ep. I p. 3 ταῦτα φυλαττέσθωσαν μὴ παθεῖν καὶ αὐτοί, μήπως καὶ παρά τινος ἴσως αὐτῶν κακωτέρου ἀκούσειαν, τὴν Διονυσίου τραγῳδίαν ἐπάδοντος αὐτοῖς προσαρμόζουσαν. Φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ὁ τύραννος οὑτωσὶ μετρικῶς ἐκβοῶν· Αὐτοῖς κτλ. Nihil de Platone. Redolere aliquid comici videbatur Tzetzae ille versus (cf. Lucian. l. l.: ᾤετο ἠθέος ἔσεσθαι... ἀλλ' ὅμως ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ μακρῷ γελοιότερα ἔγραφεν· οἷον κἀκεῖνο τὸ Δωρικὸν,.. καὶ τό· αὐτοῖς κτλ.), erat Dionysius maior Platoni inimicus, misit fabulas Athenas (cf. 179ss.): inde sua conscripsit.

VI 299ss. τῷ Λεξιφάνει τούτῳ μὲν εἰς μηχανὰς (? cf. quae antecedunt) ἐχρῆτο (Cleopatra) Τοῖς Ἐφεσίοις δ' ἰατροῖς, τῷ Σωρανῷ καὶ Ῥοΐφῳ Εἰς πάντα τὰ καλλύνοντα μορφὰς τὰς τῶν προσώπων Εἰς πᾶν τε πάθος γυναικῶν καὶ ἰατρείας ἄλλας. Sed erat Soranorum alter Traiani temporibus (Rufus eadem fere aetate), alter etiam post illius aetatem. Vid. Suid. s. v. Atque audacior, quam par erat, fuisse videtur Kuester, qui ad h. l. „*Alius est Soranus, cuius mentio fit apud Tzetzam VI 300; is enim tempore Cleopatrae vixerat.*“ Putavisse videtur Tzetzes reginae luxuriae amantissimae attribuendos esse eos quoque viros, qui maxime talibus rebus operam dederant, quales

pertinent ad formam pulchriorem reddendam. Sed quis erat illius erroris fons? Quae paulo ante (279ss.) de ancillis Cleopatrae dixit, hausit e Galeno (vol. XIV p. 235s. ed. Kuehn). Apud eundem scriptorem (XII p. 492) commemoratur libellus Cleopatrae *περὶ τῶν ὑπὸ Κλεοπάτρας γεγραμμένων πρὸς ἀχῶρας ἐν τῷ κοσμητικῷ*. p. 493 *περὶ τῶν ὑπὸ Σωρανοῦ γεγραμμένων φαρμάκων πρὸς ἀχῶρας*. Fingebatur igitur Tzetzae Soranus praeceptor Cleopatrae fuisse. Rufum autem addidit vel quod et ipse erat medicus Ephesius (cf. *Λιόδωρος καὶ Λίων* p. 3 *Ἡρόδοτος καὶ Κτησίας* p. 5), eisdem temporibus quibus Soranus vitam agens, vel quod (Galen. XII 425) citantur illius versus pertinentes ad rem similem ei de qua scripsit Cleopatra (p. 432ss.) — VI 328s. *ἐὼ Ἰουλιάνειον Ἰμέριόν σοι λέγειν Καὶ τὸν Θεμίστιον αὐτὸν τὸν τοῦ Θεοδοσίου (γραμματέα)*. Himerius erat gratiosus apud Iulianum, cf. Wernsdorf in praefat. edit. p. 50ss; sed ne unum quidem locum invenies quo quod Tzetzes narrat Himerium fuisse scribam Iuliani confirmetur; gratiosus erat apud Theodosium Themistius, cf. or. 18 p. 224. 23 p. 292 d; sed ne de eo quidem illud constat; cf. Wernsdorf l. l. p. LII et Fabric. Bibl. Gr. VI 56 ed. Harl. — VI 510s: Orph. Lith. 358s. — VI 530. 543, cum legisset Coriolani nomen Cn. Marcio esse inditum (531. 544) conclusit primum illum Gnaeum, tum Marcium — vel ut ipse scribit Marcum! — nominatum esse.

VI 204: non erant Samii in ditione Aegyptiorum: Herod. III 39 (Polycrates) *σχὼν ξεινίην Ἀμάσι τῷ Λιγύπτου βασιλεῖ συνεθήκατο πέμπων τε δῶρα καὶ δεκόμενος ἄλλα παρ' ἐκείνου*; sed fortasse Amasis (Her. III 40ss.), quippe cui curae esset ingens felicitas Polycratis, quodammodo superior esse videbatur rege Samiorum, vel ita scripsit propter verba Her. III 40 *σὺ ὦν ἐμοὶ πειθόμενος ποίησον . . τοιάδε*. Tz. 209 *εἰ μή που πεῖραν τῆς ἐμῆς θέλεις ὀργῆς δεδέχθαι*. — Similiter affirmat IX 33 — quia affinis erat Antonii Octavianus — Antonium iubente Octaviano in Aegyptum profectum esse, cf. Plut. Anton. 25. — VII 219 *ἔφη τοῖς παρεστῶσιν*: Her. III 43. — VII 297 *καὶ ξένους δεδιότες* (v. 314s.): cf. schol. Pind. Nem. III 21. Recte ad Lycophr. 176 p. 449s.

VIII 531s. *εἶχεν Ἀθηνᾶ τῇ ἑαυτῆς αἰγίδι Γραπτὴν πρὸς στῆθος τὸ αὐτῆς γλαῦκα καὶ τὴν Γοργόνην* — 610 *καὶ σεισμούς*: Strab. I p. 49 cf. Eustath. ad Dion. Perieg. 476.

IX 28: Plut. Anton. 25 *ἔπεμψε* (Antonius) *πρὸς αὐτὴν κελεύων εἰς Κιλικίαν ἀπαντῆσαι λόγον ὑφέξουσαν ὧν ἐγκαλεῖτο τοῖς περὶ*

Κάσσιον δοῦναι πολλὰ καὶ συμβαλέσθαι πρὸς τὸν πόλεμον. — IX 138 *ῥάβδον λαβόντες ἡντινοῦν τῷ μήκει βραχυτάτην*: schol. Pind. Ol. VI 154. Plut. Lys. 19. Nonne cogitavit noster de brachylogia Lacedaemoniorum, de qua v. V 317ss. X 6? Cf. XII 515s. — IX 502s. *Λορκετὼ . . . νέῳ τινὶ μοιχεύεται δι' ἔρωτα Συρίσκῳ*, quod nomen Tzetzae soli deberi puto leviter legenti Diodor. II 4, 3 (quem ante oculos illius fuisse quae sequuntur demonstrant): *μυθολογοῦσιν οἱ λογιώτατοι τῶν ἐγχωρίων τὴν Ἀφροδίτην προσκόψασαν τῇ προειρημένῃ θεᾷ (Λερκετοῖ) δεινὸν ἐμβαλεῖν ἔρωτα νεανίσκου τινὸς τῶν θυόντων οὐκ ἀειδοῦς· τὴν δὲ Λερκετοῦν μιγεῖσαν τῷ Σύρῳ γεννῆσαι μὲν θυγατέρα τὸν μὲν νεανίσκον ἀφανίσαι, τὸ δὲ παιδίον εἰς τινας ἐρήμους καὶ πετρώδεις τόπους ἐκθεῖναι.* E *νεανίσκος* et *Σύρος* vocibus Tzetzes Syriscum suum fecit.

X 175 Thessalonicam initio fuisse *κώμην* narrat; incertum quo nisus testimonio antiquitatis. Cf. Tafel, Thessalon. p. V, cui viro docto quamquam concedo Tzetzam illud concludere potuisse e nomine »Halia i. e. pagus a piscatoribus habitatus« — quod fortasse ante Thermae nomen in ore fuit (Tafel, l. l.) — obscura urbis initia significante, tamen verisimilius esse puto Tzetzam, quippe qui nominis Haliae mentionem non faciat, putavisse Thessalonicam, cum postea a Philippo vel Cassandro condita antea nondum *πόλις* esse potuerit, *κώμην* fuisse. De Therme cf. Strab. VII 330 frg. 24 *ἡ Θεσσαλονίκη . . . ἣ πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο* — Ficta etiam esse puto X 797s. *καὶ τὸ τοῦ Φιλολάου δὲ τὸ τοῦ Πυθαγορείου Ἀπὸ χηρῶν ὠνήσατο βιβλίον πενομένων*, cf. 802 *ἐκ γυναικῶν*; neque (ut Steinhart, Platon's leben p. 150), quod scivit illis temporibus Philolaum mortuum esse, sed fortasse propter ea quae ipse dicit vs. 779s. *ὅρκια γὰρ ἦν δίδοσθαι ταῦτα Πυθαγορείοις, Ἑτέροις μὴ πωλεῖσθαι δὲ Πυθαγορείων βίβλους*, cf. Iamblich. v. Pyth. 31. Diog. La. VIII 15. Itaque putavit a vidua Philolai paupere venisse libellum. De 801s. 804. 808 cf. Diog. La. IV 9. VIII 15. Iambl. l. l. Neque Timon tradidit e Sophronis mimis Platonem sua scrinia compilasse vs. 809s., cf. Timon. frg. 24 (vid. Fr. Paul, de sillis graecorum Berol. 1821 p. 44) *πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξαο βίβλον Ἔνθεν ἀπαρχόμενος τιμαιογραφεῖν ἐδιδάχθης*[1]).

---

[1]) Cf. Diog. La. III 18 *δοκεῖ δὲ Πλάτων καὶ τὰ Σώφρονος βιβλία ἠμελημένα πρῶτος εἰς Ἀθήνας διακομίσαι καὶ ἠθοποιῆσαι πρὸς αὐτά.* Non recte mea sen-

Tzetzae quoque ipsi attribuas 805 *ἀφ' οὗ γράφει . . . καὶ τὰ λοιπὰ ὁ Πλάτων.* XI 5s.[1]) — 806ss. (cf. XI 1ss.) *ὠνεῖται* (Dio) *καὶ τοὺς μίμους δὲ. τὸ Σώφρονος βιβλίον . . . καὶ τοῦτο δὲ τῷ Πλάτωνι δίδωσιν ὡς ποθοῦντι*; haec sunt addita ad normam eorum quae de Philolai libello antiquiores scriptores tradiderant, cf. quem hic adhibuit Olympiod. v. Plat. 3 (Diog. La. III 18).

XI 839 *καὶ οἱ Τόχαροι* addidit, cf. Dionys. Perieg. 752 *καὶ Τόχαροι Φροῦνοί τε καὶ ἐθνεα βάρβαρα Σηρῶν*, ut Iberes Coraxiis vs. 842.

XII 376 *οἶμαι δε τοῦ Λυκούργου* sunt verba Tzetzae leges Lacedaemoniorum legumlatori illi clarissimo tribuentis, cf. Plut. Lyc. 13. Diodor XII 62, 5 . . . *ὥστε τῶν ἄλλων τοὺς ἀποβαλόντας τὴν ἀσπίδα θανάτῳ κολάζεσθαι, τοῦτον δ' ἐπὶ τῇ αὐτῇ αἰτίᾳ ἀπενέγκασθαι δόξαν.*[2]) — 388 *ἄχρις ἡμίσου μέρους*, cf. Diodor. XII 62, 3. Thuc. IV 11s.—394 *καὶ στέφους ἀμοιβαῖς ἠμείψαντο καὶ δώρων*, cf. Diod. l. l. — 481s. Diod. XI 45, 7. Thuc. I 134. *αὐτὸς αὐτὸν ἐκδίδωσι*: eratne memor eorum quae de morte Demosthenis narrantur? — XII 522ss: fons est schol. Arist. Acharn. 1074 *ἔνιοι μὲν τὸ ἐξ ἀνδρῶν ὀκτὼ σύστημα, οἱ δὲ τὸ ἐξ ἀνδρῶν δώδεκα* — itaque verba *εἴτε καὶ δέκα* vs. 522 sunt Tzetzae — *οἱ δὲ τὸ ἀπὸ ἑκκαίδεκα ἀνδρῶν πλῆθος, ὃ καὶ τέλειόν φασι καὶ σύμμετρον· καὶ λοχαγός, προστάτης, καὶ ἡγεμὼν ὁ αὐτός ἐστι, πρῶτος καὶ ἄριστος τοῦ λόχου . . . καὶ καταλοχίσαι τὸ εἰς λόχους καταμερίσαι τὸ πλῆθος.* Prout maior erat exercitus — ita noster intellexit hunc locum — maiores erant lochi; quod autem dixit lochum decem virorum esse optimum, confudisse videtur illum cum locho sedecim virorum.[3]) — 534: nihil est notum de sedecim phylis; videtur hunc numerum posuisse ad

---

tentia Schuster Rhen. Mus. 29, 613s. fidem habuit Tzetzae putans Timonem e Duride, e Timone Tzetzam hausisse.

[1]) Utrum XI 9s. e Platonis dialogis, quos ad exemplum Sophroneorum mimorum compositos fuisse paulo ante dixerat illorum mimorum sibi finxerit rationem an e fragmentis ipsis concluserit, ex. gr. ex Et. M. p. 737, 2 incertus sum cf. L. Botzon, de Sophrone et Xenarcho mimographis, Lyck 1856 p. 25. Sed prius verisimilius est; cf. Schuster l. l. p. 620. R. Foerster Rhen. Mus. 30, 316. 35, 471ss.

[2]) Ut in Crameri An. Ox. III 339 a Tzetza Philoxenus inventor dithyramborum celebratur, (Berglein, de Philoxeno Cytherio p. 44), quod erat notissimus auctor dithyramborum.

[3]) Fortasse illud scholion est causa, cur Tzetzes in opusc. *στίχοι περὶ διαφορᾶς ποιητῶν* inscripto vs. 109 scriberet *ἑκκαίδεκα δὲ σατύρων*, cf. Mueller, Mus. Rhen. V (1837) p. 338s.

analogiam eorum, quae 522ss. dixerat. — 877ss. *αἱ Σκυθίδες πανταχοῦ ἀνδράσι συμπονοῦσι Καὶ ταῖς μάχαις καὶ τοῖς ἔργοις δὲ σύμπασιν ἑτέροις κτλ.*, cf. Herod. IV 121. Error Tzetzae explicatur versibus 880ss (cf. Herod. IV 110ss.) 885 *οἱ Σαυρομάται Σκύθαι δὲ*, cf. etiam Ukert, geogr. der griech. u. roemer III 2, 300, not. 15.

XIII 108 *ἐς Κλάρον* addidit, cf. schol. vet. ad Lycrophr. 1378 *δίζεο σεῦ μάλα ἐς θαλερὸν πόσιν ἢ ἐς Ἀθήνας Ἢ ἐς Μίλητον· κατάξω πήματα Καρσί* (cf. Tzetz. ad Lyc.) Erat et Clari oraculum Apollinis et Branchidis Milesiis templum Apollinis Didymei cf. Lyc. 1379s: *τὴν τευχοπλάστιν παρθένον Βραγχησίαν Παραυλίξας*. Omisit fortasse *ἐς Ἀθήνας* commotus verbis *κατάξω πήματα Καρσί*. — Plutarchi verba Aristid. 7 fin. *τῆς δὲ πόλεως ἀπαλλαττόμενος ἤδη τὰς χεῖρας ἀνατείνας πρὸς τὸν οὐρανὸν ηὔξατο τὴν ἐναντίαν, ὡς ἔοικεν, εὐχὴν τῷ Ἀχιλλεῖ, μηδένα καιρὸν τοὺς Ἀθηναίους καταλαβεῖν, ὃς ἀναγκάσει τὸν δῆμον Ἀριστείδου μνησθῆναι* causa videntur fuisse primum verborum Tz. XIII 475 *ὡς θᾶττον γένοιτο μακρὰν ὀστρακισθεὶς τοιούτων*, tum etiam eorum quae 470ss. addidit. Ibidem 478s. 481s. absurdissime finxit explicandi cupiditate sua commotus cf. Diod. XI 86s. [1])

Vidimus qua ratione fontibus suis in conscribendis Historiis usus sit. Quamquam neque tales eius sunt errores neque tam gravia, quae de suo addidit, ut alterum Ptolemaeum Chennum nominare liceat, et quamquam excusari poterit respicienti similiter permultos aequales eius libros suos composuisse, tamen summae levitatis malaeque fidei convictus est.

---

[1]) De *φαμούσοις* 487 cf. Bernhardium ad Suid. s. v. Tzetz. Alleg. Il. *K* 49ss. *Ζωΐλος γέρων δὲ μαθὼν τὴν οἰωνοσκοπίαν Πρὸς τὰς εὐτραπελίας δὲ καὶ φάμουσα νοῦν. ἔχων Ληρεῖ κἀνταῦθα φληναφῶν*, et Boissonad. ad h. l.; *φαμουσόγραφος* ep. 106. p. 94.

Caput II.

A.

Quos scriptores Tzetzes adhibuerit.

a) De poetis.

Homeri nimirum et Iliadem et Odysseam studiose lectitarat, ita tamen, ut Iliadem Odysseae antetulisse videatur: scripsit Allegorias Iliadis, Exegesim in Homeri Iliadem, Allegorias Odysseae — quae quamquam mutilae servatae sunt (cf. Giske l. l. p. 46), tamen multo breviores fuisse videntur quam Allegoriae Iliadis — Antehomerica, Homerica, Posthomerica.

Scholia autem quae sunt ad Homeri carmina raro in Historiis adhibuit. De scholiis Odysseae cf. VIII 848ss. et schol. ad Od. IX 58 Ambros; atque idem, quod ad Lycophr. 683 scripsit *οἴην μὲν μοῖραν δέκα μοιρῶν τέρπεται ἀνήρ*, praebent codd. Harl. Ambros. (de quibus cf. Dindorf, praef. scholl. Odyss. p. VIII), conf. Kinkel, Fragm. epic. graec. p. 153s. 179, ut Tzetzae praesto fuisse videatur is codex, unde Harleianus et Ambrosianus fluxerunt, vel similis.

Ubi e scholiis ad Iliadem hausit, consentit ille quidem saepissime cum Ven. A. vid. schol. Il. 212: Tz. VII 892. — Schol. Il. II 856: Tz. XII 323. — Schol. ad XVIII 486: ad Lycophr. 328. — Scholl. ad I 7. II 249: Exeg. Il. p. 68s. Sed haec non sola adhibuit: M. Mayer Herm. XX 106s. cum Chil. II 768—76 comparavit Eustath. ad Hom. B 701 p. 325, 27ss; et profecto Eustathius et Tzetzes eodem schol. vet. ad Hom. Il. usi esse videntur.[1]) Fortasse inde etiam duxit V 650—65 cf. Eust. ad Il. XVIII 491 p. 1156, 30ss. (Mueller F. H. G. III 638, 10) *γάμους... καὶ ὑμεναίους ἐν Ἀθήναις πρῶτον ἀχθῆναι* (dicit Agallias) *ὑπὸ Κέκροπος, ὅθεν καὶ διφυῆ τὸν Κέκροπα λέγεσθαι ὁ Χάραξ φησίν, διότι τὸ νομίμως* (cf. Tz. 652) *ἐκ δυοῖν φύεσθαι δι' αὐτὸν ἐπέγνων* (655) *οἱ ἄνθρωποι τῇ τοῦ γάμου εὑρέσει.* Schol. Aristid. Panath. (ed. Frommel p. 9 Mueller IV 669) *δεῖ δὲ γνῶναι, ὅτι ὁ Χάραξ ἱστορεῖ οὺς Ἀθηναίους ἀποίκους εἶναι τῶν Σαϊτῶν... ἔστι ἡ Σάϊς Ἀι-*

---

[1]) II 784 conicio *καὶ παλαιοὶ καὶ νέοι*. codd: *καὶ ποιηταὶ καὶ νέοι*.

γυπτίων φωνῇ παρ' Ἕλλησιν Ἀθηνᾶ (cf. 657). Cf. ad Lyc. 111 (Mueller III 639, 11). De VIII 450—60 cf. Eust. ad Il. p. 804, 25. Od. 1871, 7. Nauck, Frg. trg. gr. p. 350. ad Lyc. 344. — Utrum etiam VII 72ss. (cf. ad Lyc. 486) e scholio uberiore ad Hom. (Il. IX 539 cf. scholl.) an aliunde duxerit, incertus sum.

Hesiodi quoque carmina multum legit et interpretatus est secutus Procli commentarios, cf. Giske p. 56ss. (De fontibus Tzetzae disseruit E. Scheer Rendsburgi 1870).

Multa praeterea attulit fragmenta, quorum plurima quidem etiam aliunde sunt nota; unum ipse fragmentum composuisse mihi videtur ad Lyc. 284 e schol. vet. (cf. Exeg. Il. p. 63. 134) et schol. Pind. Pyth. IV 253, titulum libri (ὡς φησιν Ἡσίοδος ἐν τῇ ἡρωϊκῇ γενεαλογίᾳ) ipse e verbis fragmenti et Procl. ad Hesiod. (Poett. Min. gr. ed. Gaisford II p. 4 cf. p. 8) addidisse; idem puto constare de eo fragmento, quod tradit Exeg. Il. p. 126s. ad Lyc. 393 (ἐν τῇ ἡρωϊκῇ γενεαλογίᾳ), cf. Et. Gud. p. 276, 41ss. Et. M. p. 470, 139ss. — Restant duo fragmenta, quae alibi, quantum scio, non inveniuntur: Exeges. Il. p. 149 (cf. ad Lyc. 682) et Prolegg. ad Lyc. p. 260 Mueller (Kinkel l. l. p. 119, 98).

Pindari saepissime adhibuit Ol. I — vs. 10: ad Lyc. 255. 53ss: Chil. VI, 900ss. 98ss: V 466ss. 103: III 253. — Ol. II 145ss: ad Lyc. 281. schol. Ol. III 52: schol. Chil. IV 92. — O. IV 12: ad Lyc. 177. — O. VI 20ss: Chil. X 731ss. schol. Ol. VII 1: I 594ss. — schol. O. IX 1: I 688ss.

Pyth. I 185: I 668. — II 67ss: VII 22ss. (cf. IX 402. 483). — Schol. P. III 14. 59: VI 989. — De Pyth. IV cf. ad Lyc. 175. Chil. VI 343ss. — Schol. Pyth. VII tit.: I 199s. 205ss. — VIII 135: IV 774. — XI 35: ad Lyc. 183. — XII 41: ad Lyc. 838.

Nem.: X 107-9: ad Lyc. 88. — X 115ss: Chil. II 705.

Isthm.: Schol. I. II 9: VIII 829. — I. IV 87: II 210ss. 365s. (cf. Mueller F. H. G. II 29, 5). — IV 108: ad Lyc. 38. 662 — V 52: ad Lyc. 206. — VIII 60: ad Lyc. 178. [1])

---

[1]) Ad Lycophr. 911 (p. 871) ἐν δὲ ταῖς Πινδάρου ἱστορίαις εὗρον ὅτι οἱ τοῦ Τληπολέμου ἀπεσώθησαν εἰς Ῥόδον τὴν αὐτῶν πατρίδα· καὶ ἡ γυνὴ Τληπολέμου Φιλοζώη μεγάλα δακρύουσα ἀγῶνας ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ ἀνδρὸς ἔθετο καὶ παῖδες ἠγωνίζοντο καὶ οἱ νικῶντες λεύκης φύλλοις ἐστέφοντο. In schol. ad Ol. VII 147 nonnihil eorum, quae Tzetzes narrat, desideratur neque nomen Philozoae alibi traditum invenio. Erantne igitur uberiora scholia Pindarica Tzetzae quam sunt

